


De Ligno Sancto non permiscendo, Antonio Gallo medico autore.

Idem In imperitos fucatósque medicos.



PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.
1540
CVM PRIVILEGIO.

A. GALLVS LECTORI CANDIDO.



VM viderem (lector) nostræ ætatis nõ solũ medicos, sed ipsam planè vulgi fæcem, omnibus ferè in morbis lignũ, quod vocant sanctũ, tum simplex tũ permixtũ nullo discrimine vsurpare: profecto nõ potuimibi temperare, quin ea re vehementer cõmouerer. Verũ opinionis istius authorẽ simulatq; reperi, cœpi mecũ perpẽdere, quibus ille demõstrationibus niteretur. Quarũ cũ ne litera quidẽ occurreret, futurũ è re studiosorũ existimaui, meã in quæstione, quæ demõstrari vix poterat, addere sentẽtiam. Itaq; in alterã partẽ agere cœpi, ratiões'q; vtrinq; producere, (Nã demonstrationibus in ea re quis cõtendat?) Quibus ostenderẽ, nullã cũ alijs medicamentis societatẽ lignũ istud inire posse. In quo perficiendo si non vbiq; necessarijs, aut artificiosis argumẽtis vsum fuisse me quisq; iudicabit, certe vnũ videbor gnauiter contendisse, Quas ob cau

ſas medicamentorũ cõpoſitio ſit neceſſaria. Quã vnã probationẽ ad totã cõtrouerſiã diluendã, abũde fuiſſe validã ſum arbitratus. Quãdoquidẽ is propoſiti ſcopus erat, inutiliter cõpoſitionibus ea accedere, quæ nullã inter ſe cõmercij legẽ haberẽt. Id aũt negotiũ ſi fortaſſe quibuſdã minus accuratè q̃ res poſtulabat, tractatũ adhuc videbitur, nobis, q aliorũ ratiões dũtaxat perſtrĩgimus atq; cõfutamus, venia forſitã aliqua cõcedi poſſit: Illis vero, q maxime debuerãt prærepto ſcribẽdi nobis argumento priores ſuſcepti huius negotij partes demonſtraſſe, non video cur gratia habẽda ſit, niſi experiẽtia nobis, aut potioribus q̃ hactenus fecerint, rationibus, idipſum cõfirmẽt. Quare tuũ erit, lector cãdide, iudiciũ hiſce adhibere, ídq; demũ ſequi, quod alterutra tibi via planum fecerit. Bene vale. Nóſq; ad maiora cõuerſos in tui gratiã ſtudijs aliquãdo vacaſſe, ſi quidẽ hæc tibi grata fuiſſe intelligemus, breui ſenties. Rurſus Vale.

HAGIOXYLON AMIcton, hoc eſt, lignum ſanctum minime permiſcendum, A. Galli Phyſici Medici.



Vm ligni nuper ex India ad nos aduecti vis ac natura cum rādis Hiſpanicæ luis omnis generis malis, adeo ſalutaris mundo ſit cognita, vt ἁγιοξύλου nomeñ meruerit: mirum eſt profecto non defuiſſe, qui velut harpyię obſcœnæ atq; impuræ religionem eius ac ſimplicitatem contaminare cōtenderint, tametſi vna adhuc celœno (quod quidē ſciam) infan-

dum hoc prodigium canere eſt au ſa. Verùm Strophades permultis ingredientibus, bellum harpyijs ſtrenuè indictum eſt.princeps au= tem Huttenus eques ille, & in lite ris Pliniana diſciplina anteſigna= nus, noua prælia tentat.

Obſcœnas pelagi ferro fœdare vo lucres.

Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo

Accipiunt, celeríq; fuga ſub ſyde= ra lapſæ

Semeſam prædam,& veſtigia fœ= da relinquunt.

Enimuero harpyiæ noſtræ in Phi neiam protinus domũ abditæ ne= gabũt palum ſanctum,quomodo ferè Hiſpani nominant,& Guaia= cum idem eſſe,& fortaſſe nos accu ſabunt,qui bellum etiam pro ſede

boũ,ſtratíſq; iuuencis Laomedon=
tiadę bellum iam inferre paremus,
Et patrio inſontes harpyias pellere
regno. Noui,qui ſe tria ligni ſan=
cti genera cognouiſſe adfirmat:
quorum tertium puniceo cerui co=
lore prædicat. Verùm ſiue idem ſit
ſiue diuerſum,quod in genere Ebe
ni reponatur,mea non multum ar=
bitror intereſſe. Tametſi vix pau=
ca eius lineamenta notæ'q; reſpon
dere videantur Ebeni deſignatio=
ni Plinij ac Dioſcoridis. Nam qui
nobis Indicum hoc lignum depin
gunt,fraxini tradunt eſſe proceri-
tate,vt quod duodecim æquet cu=
bitorũ altitudinem, folia planta=
ginis inſtar habere neruea, mino=
ra tantum, rotundioráque & vali=
diora,fructum ferre caſtaneis pro=
ximũ, vel vt alij oliuæ ſpecie, flori
bus eſſe luteis,cortice cinerij colo=

ris tendẽtis in fuſcum,cui lignum ſubeſt foris pallidũ,intus nigrum, duri adeo concrementi, vt aſciam retundat,ac reſpuat,graui põdere, reſinoſum,odore pingui,guſtu ſuaui,aliquantũ amareſcẽte,in potione tamẽ ſubacido.Cæterũ qui Syphilida doctiſſimo luſit carmine, arboris huiuſce fructum purgãtis naturæ facit :Nux parua (inquit) ſed acris Dependet ramis.Ego certe nuculam vidi oliuæ magnitudine,ſpecie trigona:ſed vna ſui parte ſeſſili,dorſo acuto, nucleo intus albo,caſtaneæ,aut coccali ſapore tã grato,vt ad ſe mandẽdum inuitet, & alliciat. Etiamſi quidã acidum illi ipſi guſtum tribuunt.hæc integra ſumpta cum leui vomitione, aluum copioſiſſime ciet,aquas potiſſimum eliciens.Ante cremorem verò ligni ſancti,purgatiõis vice,

præſumebatur ab ijs, qui ex India reuerſi in hanc luem inciderent. Quidam tamẽ in ea eſt opinione, nullũ vt fructum ad nos ligni huius ferri poſſe dicat, quòd cito puteſcit: edi tamẽ à barbaris ad ſanitatem recuperandã. Eos verò quibus is deeſt, ligni decocto veſci. quod an ſit verũ non magnopere laboro. Porrò materies Ebeni, Aethiopicæ præſertim, nigra eſt nullis pectinibus, læuore ſuo politi cornu ſimilitudinẽ refert, prædenſæ in frangẽdo ſoliditatis, guſtum mordaci tentat eroſione, & leuiter aſtringit, pruníſq; impoſita iucundo odore, citráq; fumi tędium vaporatur. Quid aũt de eius dicemus põdere? profecto Ariſtotelis autoritate haud cõmoueor, tametſi tantũ ei tribuo, vt non ſimpliciter dixiſſe credam, omne lignũ (ipſi cer-

te cognitũ) præter Ebenũ in aqua natare, nec ſidere: quibus verbis ali q̃d deeſſe puto, quia buxus illi pul= chrè exploratus, aquæ iniectus ſta tim it peſſum. Quid ſuber, nónne detracto cortice ſidit eueſtigio, cortex tñ aquis perpetuò fluitat, ne q; demergitur? Quã ob cauſã ver= riculorũ funiculis ãnectitur. Aſpa lathus itẽ ſemel immerſus ſidit, nã pondere mox cedẽs, nunq̃ exiſtit. Hęccine ignoraſſe Ariſtotelẽ ſum= mũ virũ credemus? niſi fortè, quod Strabo memorię prodidit, eũ fugiſ ſe dixeris in India fluuiũ eſſe Siliã, Plini9 ſideritim, in quo nihil inna tet, quod negare dicit Ariſtotelẽ. verũ æquius fortaſſe ſit cõtendere lignũ Guaiacanũ colore ab Ebeno diſtare, ꝙ Ebenus nigritia ſuperior hoc in rufũ vergit, extrinſecus etiã tęnia circundatũ buxea. Quinetiã

palus ſanctus propè pallidus viſi-
tur,vt cum buxi colore certare pu
tes,quo vno fuco adulterantes ita
perſtringunt imperitorũ oculos,fa
cile vt illo velut ſuppoſititio par-
tu imponãt.pullicies igitur illa in
Guaiaco tm̃ deprehẽditur:etiamſi
palũ interdũ media cordis interca-
pedine atro cõmaculatũ neuo vi-
dere licet:quod ętas ne,an arboris
partes,an natura denique efficiat,
norũt qui ad nos deferunt.Cõſtat
profecto,qui victus vtuntur ſimi-
li ratione,celerius multò palo ſan
cto,q̃ Guaiaco curatũ iri,id quod
regionis varietati tribui video.nã
tribus ex inſulis ad nos cõuehi di-
ctitãt:vna à diuo Dominico, alte-
ra à ſctã Cruce, tertia à diuo Ioã
ne cognominata. E qua poſtrema
præſtantiſſimũ petitur. Nã primũ
è ſancto Dominico aſportabatur,

deinde è Sancta cruce, postremo optimũ est habitũ, quod diui Ioannis insula suppeditat. Hoc enim multo succulẽtius existimatũ, propter regionẽ minus pustã solibus. Quæ octo ferè partibus quos, gradus nominãt, ab æquinoctiali lõgiꝰ q̃ sancti Dominici insula, remota est, quæ tredecim ipsa dũtaxat ab illo distat circulo, sicut Diui Ioannis vna & viginti. Ferrus autẽ ex mediȩ ætatis arbore, ramo mediocri, lignũ legit q̃ recentissimũ, graue, cortice hærenti, colore fusco, & flauo, è diui Ioãnis excisum. Ego à quodã qui ad ea loca accessit, accepi optimũ, cuius pallorẽ q̃ minimus nigror infuscaret. Etsi Guaiacũ illud prȩstantissimũ putabãt, in quo nigri quamplurimũ inesset, sed hoc à Palo differre videtur, quòd Guaiacũ vnguinosum, vt à

quo accẽſo reſina profluat: Palus verò crematus, nullã, aut perexiguã exudat pinguitudinẽ. Huius ille ope à malo ſupra q̃ dici poteſt fero & immani nouẽ diebus, quod miraculi loco tunc eſt habitũ, me adminiſtratore curatus eſt. Annus hic agitur duodecimus. Sed ad propoſitũ redeamus, ſuo poſtea loco de ijs plura cõmentaturi. Sicut igitur Indici ligni color ab Ebeno diſſidet, ita etiã illi cũ hoc in guſtu non cõuenit: quo ego cauſæ meæ firmamẽto vti decreui. Nec enim adhuc deprehenſum, nec à quoq̃ (quod ſciã) literis proditũ, lignum hoc ſanctũ acri ac mordaci ſapore eſſe: ſed in guſtu cum aliqua aſtrictione amareſcere, certo cognoſcimus experimẽto. præterea nõ cernitur in hoc ligno corneus ille nitor, vel ſine arte protinus iucũdus,

neq; ossea durities, quę in Ebeno cre dit̃ in lapidẽ cõcrescere, q̃uis ingẽs Guaiaci rigor, víxq; secabilis. Neq; Indicũ lignũ citra fumi prorsus tæ= diũ, vt Ebenus, suffit̃. nã quæ Ferrus tradit, minime cõuincunt, lignũ san ctũ Ebenũ nõ esse, dũ ait, *Præter hæc, Ebenus si iuxta ignẽ ponatur, flãmã statim corripit:* quod ligno sancto negat ac= cidere. nã spinę auth. Pl. Ebeno simi li magis id est propriũ, q̃ deprehẽdi tur lucernis, igni ꝓtinus trãsiliente. Itaq; accẽdi ebenũ Fabianus negat, vrit̃ tamẽ odore iucũdo. Dios. Ebe- nũ recẽtẽ sua pinguitudine succẽdi scribit, igníq; admotã flãmas agere: sed nõ cõtinuo seqtur ignẽ citissime corripere. Id aũt puerile ꝙ subijcit, lignũ sanctũ si cõburat̃, nec tãtũ nec talẽ oĩo odorẽ reddere, quãt⁹ & qua lis reddit̃ ab Ebeno. Qui enĩ id pro= bat? experimentóne? at Ebenus hoc

tẽpore incognita nobis eſt.cõcludit tãdẽ, *Quãobrẽ prorſus aliud eſt lignũ ſanctum* ꝙ *niger* Ebenus. En quęſo q̃ apte. Nõ *ita maceratur,inqt,lignũ ſanctũ in aqua cæteris paribus,quẽadmodũ* Ebenus,*cum tradat* Auic.*ex* Ebeno *collyriũ fieri.* Hac ratione Ebenũ ab Indico ligno ſeparat: quę quãti ſit momẽti,quis nõ videt? Nõ ita ait maceratur,&c.Quod nihil aliud eſt q̃ quod dicit̃ à Dioſ. At " trita in cote Ebeno ad oculorũ col= " lyria vtunt̃. Vtrũ ad cotem affriari " ſanctũ lignũ nõ poterit? Atqui hoc minus ſctõ ligno reſpõdet, ꝙ cotis attritu flaueſcat Ebenus. Quę nota nõ latuit.Dioſ. qui ait, τριφθεῖσα δ' ἐπ' " ἀκόνης ὑπόκιῤῥος γίνεται.lignũ verò ſanctũ " cote lęuigatũ, lacteo ferè in ceruleũ colore palleſcit.ſed de Ebeni maceratione videamus,Curat̃ (idẽ inqt) " Eben⁹ ad oculorũ medicinã ramẽtis " ſcobéve ei⁹ integrũ cũ ſua nocte diẽ "

„ in vino Chio madẽtibus tũ diligẽ
ter concisis,& in collyria cõfirma
tis.Quæro quidni possit similiter
in collyrij formã Guaiacũ fingi,
si ramenta eius vino madefacta
„ perlęuigarentur? Addit: Ebeni qui
„ dã ramenta & scobẽ antea trita cri
„ brãt, & reliqua pariter faciũt,sunt
„ etiã qui pro aqua vino vtantur.
Quid prohibet idẽ in hoc ligno
fieri? Sed ni fallor aliud est. Nẽpe
„ quod Gal . inquit : Εϐενοσ τῶν ἐς χύλον
„ ἀναλυομένων ἐςὶ ξύλων, ἐι παρατρίϕοιτο μεθ᾽
„ ὕδατος ὥσπερ ἔνιοι τῶν λίθων. Nũ lignum
igitur sanctum exiguo resolutum
liquore æque delini potest? Mini=
me verò in succũ,qđ euenit & Xe=
rocollyrijs,quæ quidem è tenuissi=
mo fiũt polline,quæ quãuis curio=
se terantur, naturam suam tamen
amittere non possunt : sicuti de
cadmia vstóq; ęre Scribonius ex=

empla induxit. Nunquã enim (in- "
quit) vt ſuccus diluuntur, ſed cũ in "
ſummã ſubtilitatẽ deduci nõ poſ-
ſint, perſeuerãtia tamẽ terẽtiũ, cor-
pora quaſi puluerulẽta neceſſe eſt
maneãt. At quãobrẽ tandẽ hoc ar-
gumẽto Ebeni materiã colligit ma
gis refractariam? Inepte proculdu
bio, ſi in ſuccum ſolui, opinatur du
ritiei vllo modo exhibere ſignifi-
cationem. Quòd alia etiam ſint li
gna ab Ebeno, quæ idem efficiant,
ſicut etiam nonnulli lapides, quos
molliores eſſe conuenit, cum cote
læuigantur, duri enim vix ex ſe qd
remittunt. Nũ igitur Ebenus quo-
niam ſuccum reddit, & ad cotem
pertrita in collyria conformatur,
durior? Quæſo id nónne commu-
ne habet cum alijs quibuſdam li-
gnis etiã Guaiaco minus fortè ſo-
lidis? Sed nõ eſt credo expertus in

collyria Indicam materiam poſſe digeri, & ad hæc fore quadamtenus aconiam. Id quod nulla quidem mordendi cupiditate dico, quaſi neſciam Ebenum ligno ſancto rigidius eſſe, cum id nunquam lapideſcat: ſed vt oſtendam, quibus ille probationibus nitatur, qui nobis res aliter quàm habent, perſuadere molitur. Itaq; Guaiacum Ebeno ſimilius eſſe, qui vtriuſq; notas aliquot collimarit, fortè deprehendet. Nimirum Ebenus in aqua non fluitat, & quamuis non tota, tamen medullacea eius pars, nunquam mergitur. Idẽ Indico propemodum ligno q̃minutiſſime cõciſo cõuenit. Color Indico idẽ, qui buxo, ſed nigricans: Ebeno aſpectus caudéxque buxo ſimilis, decorticato ſumma nigrities: vtriq; vix ſecabilis durities.

Cæſa Ebenus dureſcit in lapidem, adeo vt parte lignum,parte ſaxum videatur. Tam dura ſunt horum robora, vt rimis hiſcere negent. Rigiditate præterea vſq; eò peruicaci, vt fiſſa mox reſiliant,ac ferram limámque vtrumq; genus refugiat. Vruntur odore non inſuaui, Palus tamen non ſine quodam fumi tædio. Rimoſo vtrumque hiat cortice. Ad cotem trita rufeſcit Ebenus. Itidem lignum ferè Guaiacanum quod à cote reſoluitur, ac coloré mutat,in pallidũ tamẽ nõ in rufum planè. Ebeni Plinius duplex facit genus: alterũ arboreum, fruticãs alterum. Illud rarum melius,quod palmarũ generi aſcribit Herodotus, quamuis in Atticis Pauſanias Cyprij neſcio cuius fide fretus, qui herbas ad hominum ſalutem cognorat, tradit

Ebenũ nec folia nec fructus ædere, nec vſq̃ à ſole conſpici: verùm radices eſſe humo cõditas, ad quas eruſcandas in Aethiopia artifices eſſe ſcrutandę illius peritos, nec temere niſi à fodiendi gnaris inueniri: quæ an vera ſint illi iudicent, qui à Pompeio in triũpho Mithridatico oſtenſam viderunt. Certe arborẽ plerumq; tenuẽ eſſe narrãt (vti Solinus teſtatur) frequentiorem, vimine raro, in craſſitudinẽ caudicis extuberatã, hiulco cortice, & admodũ reticulato, dehiſcẽtibus venis, adeò vt per ipſos ſinus pars intima vix tenui libro cõtegatur, lignũ omne atq; mediale eadem fermè & facie, & nitore, qui in lapide gagate. Quæ notæ non omnes vtiq; apparent in Indico. Cęterum Dioſcorides duo eius genera cum indicaſſet, Aethiopicum

& Indicum: hoc candidis & rutilis diſcurrentibus maculis fruticoſum intelligens, ſubdit: Quidam „ ſeſamina & acháti ligna pro Ebe- „ no venditãt. Vbi Marcellus mori „ ligna ſubſtituit, & achanti vice ſpinæ Indicæ, qua in parte Plinio ſubſcribit, qui inibi ſpinam ſimilem Ebeni eſſe ait, ſed deprehendi lucernis igne protinus tranſiliente. Serapion Maurus tantum cum quadam ſpinæ ſpecie adulterari ſcripſit. Cur aũt Marcellus συκάμινα potius quàm σισάμινα legat, rationẽ ſubiungit, quòd ſeſamum in frugũ ſit genere, itaq; aptius eſſe mori materiam vertere. Vetus aũt interpres (vt Pandectarius repetit) Aſſamina poſuit: pro quo Serapiõ barbare ſaphſamphe, quo quid velit, neſcimus: ſi tamẽ ex fide locum hunc interpres reddidit. Mihi pla-

ceret aſſamenia reſtitui : quod cũ vetulo ĩterprete nõ ita diſſentit , & ad hũc dici modũ ligna cornea cõ peri,qualia ſtyracis habent:de quo Strabo 12. Qui corneis miſſilibus ſimiles præpilatas tõſilas exhibe= re aſſeuerat . Quos vroſcos græ= ci dixere , vnde poſtea ex eo ſtyra ces miſſilia illa vocitari cœperũt. Proinde cõueniẽtius eſt,vt cornea ligna pro Ebeno vẽdi dicamus,põ tius q̃ mori:cũ cornus nitore ſplen deſcere Ebenũ proditũ ſit: nec nos mouere debet,qđ ſeqtur, deprehẽ= di ꝙ fungoſa & inanis horũ mate= ria ſit . hoc em̃ in rimas dehiſcere ſignificat,& ſolutiora eſſe etiã cor nea ligna,ſicut & ſpinæ Indicæ eſt materies: quę quidẽ in taleolas co= lore purpureo ſcindit. Quod eò di ximus,vt etiã ſancti ligni differen tiã aliquatenus oſtẽderemus:quod

etſi pręduro exiſtit robore, vt in ri=
mas nõ diffluat, tamẽ cornus nito
re expoliri vel arte neqt, id qđ Ebe
no vernaculũ eſt. ſupereſt, vt mo=
neamus, apud Pliniũ Palã arborẽ
Indicam plurimũ ab hoc Palo di=
ſtare, qua quidem Indiæ ſapientes
(gymnoſophiſtas vocãt) victitaſ=
ſe ſcribit: Alas auium eius folium
imitari, lõgitudine triũ cubitorũ,
latitudine duum, fructum è corti=
ce mittere, admirabilem ſucci dul=
cedine, vt vno quaternos ſatiet: ar
bori nomen Palæ, pomo arienæ.
Theophraſtus ſtruthiocamelorũ
alis ſimilia dixit folia. Hæc ex fi=
cus eſt ſpeciebus, quas India pro=
fert, quibus conos galearum bel=
licos adornant. Ita putant appel=
latam, quòd emicet in altitudinẽ,
à caryo Indico omnino diſtinguẽ
da, qđ Pœni ſucci bonitate butyrũ

ſuperare prodiderunt. Id recẽs iu=
xta ac inueteratũ articulorũ mor=
bis, maximéq; gonagris & lumba
gini adhiberi. Iá verò quãdo oſtẽ=
ſum eſt nõ ſine cauſa nos dubitaſ=
ſe, an idẽ eſſet lignum Guaiacanũ
quod Ebenus, ſilentio nõ eſt diſſi=
mulandũ coniecturæ maxime fini
timum eſſe, quod nõnulli cõtendũt
apud Auicen. eſſe heſtedeẽ, quod
lignũ Indũ notũ interpretat̃, eiúſq;
proprietatẽ tradit validũ podagrę
adiumentũ: cui cũ præter infinitas
alias proprietates, lignũ ſanctũ pro
deſſe compertũ ſit, non abs re ad=
dubitatũ eſt: verũ cũ nuſq̃ ipſe de=
pingat, illo argumẽto hoc aſſeue=
rare cõiectantis potius eſt, q̃ ex fa
cie ac lineamẽtis veritatẽ indagan
tis. præterea qui potuiſſet tot inſi=
gnes huiuſce ligni dotes, quæ in
vtendo cęlari nequeunt, præterire?

Nimirum quòd ſanguinis ac ieci= noris vitia emẽdet,& amiſſum bo num corporis habitũ reſtituat, af= fectóſq; ex pedibus, vel etiã artuũ compaginibus, ſiue calida ſiue fri= gida ex cauſa, indiſcriminatim re= paret. Non impedio tamẽ quo mi= nus, ſi qui volent, in ea ſint opinio= ne: ſed talibus mihi rationibus nõ perſuadebũt. Nam quid cauſæ eſt, quin alia atq; alia ligna India pro= ferre poſſit, quæ ex æquo podagris opitulentur? Quale eſt K*aron*, quod Maſſa lignũ ſanctum credit, Aui= cennas non multũ putat abeſſe ab A*lmugat*. Quã omnes ferè agreſtis granati radicem autumãt, ipſo re= clamante: ſuccurrit hoc artuũ ma= lis, magis tamen appoſitum, q̃ hau ſtũ, vt Ferro viſum eſt, quin apud Auicennã fractis tãtum & luxatis facere animaduertit. Quaſi verò

non multa reperiantur, quæ intrò ſumpta eã vim habeãt. Sed pergamus de noua tandẽ curatione, quæ miſeræ mortalitati heri ac nudiuſtertius (vt græci dicunt) data eſt, dicere. Equidẽ cum rẽ tam vtilẽ, tã ſanctam ac propè adorandã à profanis iſtis inquinari videã, vix me contineo quin ijs ſuccenſeam, quorum duriſſimis legibus vindicari iſtos intererat, qui opẽ cælitus demiſſam ſuæ fragilitatis corrũpunt audacia. Quę monſtra quo nomine cõmodius appellem quàm harpyiarum? nempe

Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis & ira deûm ſtygijs ſeſe extulit vndis.

Quã vellẽ longiſſimè à myſterijs medicinæ peſtes iſtæ ſummouerentur, quæ experiẽtię ſemel cedẽdum

eſſe neſciũt. Nõ quia non putẽ ad medicinã ratiõe opus eſſe, ſed quia huiuſmodi ſunt experimentorũ ſacra, à quibus ſi vel tranſuerſum vnguẽ deflectas, polluas. At non tutũ (inquit) experimentum. quibus ex eodẽ reſpõdeo, iudiciũ difficile. niſi enim exquiſitis fulciatur demõſtrationibus, haud ſcio an rectũ vnquã ſint conſequuturi, quo iſtos ne aſpiraturos quidẽ arbitror. Atqui in altiſſimo otio Auerroes nobis & Haliabbates, & Auanzoares, & quos nõ iſti obtrudunt? Atq; ſi dijs placet, Galenũ, Ariſtotelẽ, Paulũ, Oribaſiũ, Celſum, Aëtiũ, quorũ omniũ Ariſtarchos ſeſe profitentur. Quaſi illi viri vbi ratio defuit nõ cõceſſerint experiẽtię. Iſti verò impoſtores ne in re tã plauſibili otioſi ac nihil agẽtes dephenderentur, verſare oĩa cœpęrũt ſurſũ deorſum

non doliũ (vt ille) ſed dolum agi-
tare, dum permiſcere ſua non eru=
beſcunt, quæ cum tam multiplicis
vſus medicamento copulari recu=
ſant. Et ſi maximè ſocietatem reci
peret, neceſſaria tamen non eſſet,
cum nullius rei ad Hiſpanici mali
curationem indigere ſit exploratũ.
Quid aũt opus eſt vbi nõ expedit,
ſimilium remediorũ vim ac cõge=
riem inculcare? Peruulgatum eſt il
lud, fruſtrà fieri per plura, quod fie
ri poteſt per pauciora. Cæterũ rei
per ſe tantæ non video quid rectè
adiũgi poſſit: detrahatur fortaſſe,
addi ſine periculo interdũ non po
teſt: ita non ſuperuacaneũ hoc mo
dò, ſed interdũ pernitioſa erit ope
ra. Neq; tantùm remedij vis infa=
mabitur, verumetiam ægroto ne=
gotium exhibebitur, dum tempus
ac impenſam perdet, atq; adeo in

discrimen vocabitur,non quoduis illud quidẽ,ſed capitis: non fortu=narum,ſed vitæ:non corporis,ſed animi etiã perſæpe. At cur Mag=nes,ſi adſit Adamas,ferrum nequit attrahere? Cur idẽ lapis allio per=unctus aciẽ ad ſe non rapit? Quid eſt ꝙ ſcammonio cum iure pingui non cõuenit? quod ipſum cũ aloe pulchrè cõiungitur. Quam ob cau ſam veſter quoq; Meſue dixit,ne=que ámbarum neque coralliũ cum illo cõciliari poſſe? q̃uis peruaga=tum ſit,ſcãmonium cordi officere, virúſque ab eo depellere. An quia naturali lege nulla cum ijs inter=cedit concordia? Neq; verò coral=lium,etſi refrigerat,ſcãmonio con ſpirat,quod ipſum ſpontè alioqui incandeſcit,& ſuccos incẽdit. Ad=de quòd omphacitis,quæ congre=gandi facultate prædita eſt,laxãdi

noxam refrenare ſcãmonij nõ po-
teſt. Quę omnia magnificè prȩſtat
vnum cotoneũ, quo dacrydion il-
lud præparat: alioqui nardi ſpica,
caphura, tragacanthum ſeu maſti-
che, illi ipſi reſpondent. Cur ita?
quia quædam vinculo nullo necti
poſſunt, quædã vltro coëunt. Atq;
hoc ipſum nulla ne ratio docere po
terit? minimè profectò. At totã ra-
tio medicinã inuenerit, (meliorẽ
reddidiſſe non dubium) quid opus
erit ad ſarcoticon, quod Gal. inuẽ-
to ex ęrugine cera & oleo confectũ
eſt, alia ex ratiõe ſimilia cõmiſce-
re? quo modo in cephalico ab Em-
piricis promiſcuè factitatũ idẽ que
ritur tertio Methodi therapeuticę.
Nã etſi conſtat non omnes ab om
nibus ſimiliter affici, q̃ plurima ta-
men eiuſdem ſpei in idem miſce-
re, ne quid vlli corporis naturę de-

ſit,vt ratiocinãtis fortè ſit,ita non emuncti neque demõſtratione veritatem eruentis,cenſendum. ſiquidem (vt eo in loco tradit Gal.) in commiſtis ſpeciebus non ſeruatur actio ſuæ cuiuſq; ſubſtãtię ſic,vt in vnaquaq; ſubſtantiæ ſpecie nõ deſit quod morbo curando cõueniat. Nouimus indicationes (cuius em̃ id eſt negotij?) tũ quibus in rebus rationis conſilia capeſſere oporteat. At omnia methodo ſeſe curanda non præbent. Ac ſtupor eſt experimẽta methodo velle tractare. Neque enim Galenus iſta vnquam confudiſſe viſus eſt,nec qui Galeno poſteriores in arte mirabiles extiterunt. Nónne Sapphirus anthraca reſtinguit? quod experimento haberi nulli non compertum. Dicant autem qua methodo in hoc vtentur remedio?

An diſtinctionibus admouendi rationem viámq; nobis præſcribēt? Nihil attinet hoc loco ſtercus caninum in mentem vobis redigere, non etiam hirundinū cibos, nó Iaſpidem viridē in ſtomachi malis, non lupi corium in colicis, nō ſexcenta ſimilia. Quantominus ijs in morbis, qui ratione depelli nunq̃ potuerunt? Et quo tandē modo ijs percurari poſſent, quę venantur ex obſcuris? Attamen deſignatores iſtos cœlum terrę miſcentes video nunquā deſinere: ſed velut muſcas repulſas proteruitatē oſtendere, ac procaces identidē aſſilire, quibus arcentur rebus. Quare vt difficile ſit creditu, vnum medicamentum naturis omnibus conuenire, fieríq; poſſe, vt naturę, quæ interdum ſibi cōtrariæ ſunt, ab eodem reſtituantur: cum idem Ariſtoteli ſimiliter

ſe habens,ſemper comparatum ſit facere idem,contraria enim nunq̃ efficiet, quòd contrariorũ contrariæ ſint cauſæ,& perit quicq; in cõtrarium & à contrario. Cúmq; nihil quod agit,in eadẽ diſpoſitione producere habeat effectus contrarios,ita vt proportio eius quod habet potentiá cõtraria operandi,cũ ſe habuerit ad contraria,neutrum illorum efficiet eadem potentia:taceo alia axiomata,quæ proferunt. Quæ quidem omnia in methodica recipimus curatione, non autẽ in ea, quæ morbos experimentis profligat. Tamen nos lignum ſanctum eodem modo apparatũ,corporibus variè affectis cõducere tenemus.Sanandíſq; diuerſis in vno corpore morbis, imò pluribus etiá in corporibus ipſi(vt ſpero)valere probabimus, ac docebimus omnẽ

aliorum medicamentorum socie-
tatem aspernari. Quamobrē ligni
in primis natura, vires, rectúsque
pręparandi modus perscrutandus,
& paulò etiam altius morbi genus
explicādum, firmissimis adiunctis
vt ceciderit rationibus.

Quid sit lues Hispa-nica.

Incipiemus igitur à definitione melius, nugas enim persequi nolumus hoc tēpore (nugas voco nomina, quæ variæ ipsi lui gentes in hac miseria indiderunt) altercationésq; de mentagra, de elephāte, & similibus. appellet aūt quisq; nouū malum quo volet nomine, dūmodo de re nulla sit cōtrouersia. Neque enim nos hac appellatiōe tam fœdi támq; turpis affectus, clarissimæ gēti detractum volumus: sed

monemus primam omnium, con-
tagem iſtam ex cõmercio cum no-
ui orbis inſulanis cõtraxiſſe,à qui-
bus (vt eſt veriſimile) labes illi po
pulo familiaris in hanc facile de-
riuata eſt. Conſenſu etiam moueor
doctiſſimorum ita appellantiũ, im
primíſq; Eraſmi, hominis ſummi.
Sed vocet cui collibitũ fuerit, Gal-
licum, vocet Parthenopœum, vo-
cet Neapolitanum (nota ſunt hi-
ſtoriæ tempora.) vocet ad extre-
mum ſuo quiſq; arbitratu. Mihi
videtur recte ſic definiri: Publica
contagio affrictu maximéque in
venere contracta, quæ ſanguine
humoribúſque inficiendis occulta
quadã qualitate cũ oĩbus ferè cor-
poris partibus, tum præcipuè ieco-
ri affectum inducit putredinoſum,
& in puſtulas vel vlcera vel abſceſ
ſus degenerantẽ, quæ poſt partem

quæ illa traxit, in faciẽ ſæpe regeſta ſeſe oſtendunt, aut in ipſis latẽt faucibus, non ſine doloribus excruciãtibus. Sentiũt igitur nouũ hunc morbũ oĩq; memoria ſuperiore incognitũ genitales ferè partes, quas à concubitu hoc malũ tentat, puſtula, vel vlcuſculo peni ſiue pręputio oborto, multis interdũ velut gẽmãtibus pectinis in ambitu, pérq; ſcrotũ huc illuc papulis, vnde pudẽdagræ ioculari primũ dicacitate (vt ſemper laſciuè ꝓcax in alienis miſerijs eſt natura humana) vocabulum hæc ſibi lues adoptauit, & Celtarum vulgus groſſam verolã vocitauit, ludicra & ipſa ni fallor, nomenclatura, quòd puſtulis vndiq; totum corpus ſcateret exanthematum more, quos latini varos dicũt, vt pleriſq;, non omnibus tamẽ, accidit. Iam verò adlito affricatóque

ad penem malo, nonnũquam vſu=
uenit, vt virulenta colluuie ad in=
guina vomicę durioris erũpat ima
gine, quæ glãdia, quas ἀδένας vocãt,
obſidione velut ambiat & circun=
uallet. Hæc ſi ſuppurat frequenter
bono eſt, hac ſe expurgante (vt fe=
runt) iocinore, modo inter initia
tota foras eliciatur illuuies, colle=
ctionis emiſſaculo longi temporis
tractu recluſo, vt in virulentis fit
ictibus. Quòd ſi peſtifera vis in ie
cur regeratur, certum eſt luem non
euitari. Hoc morbi genus cancro=
ſum vocant bubonẽ, alij pulinum
dicaci etiamnum ſcommate notã=
tes velut equuleo inſidere, quando
diuaricatis incedant cruſculis, qui
eo malo implicantur. Exigua hæc
eſſent, niſi crudelior labes incru=
deſceret. Nam ſub veſperam huius
luis furor in caput ſcapuláſq; graſ

ſatur, qui ſolis ortu paulum remit= titur: deinde poſteaquam delituit, in artus compagéſque ſæuit, & in= ternodia magis occupat, cõueſtien tes quoque oſſa membranas diro exeſt tormento, atque ad medullas impetu facto delabitur, oſſáq; pu= tri carie perforat ac ſyderatione, tum duris tuberibus amiſſo priſti= no æquore in gibbera attollit. Car tilagines quibuſdam momẽto de= paſcitur, vt Deiphobi perſonã ſic affectos agere credas, lacerã crude= liter ora,

„ Ora manúſq; ambas, populatáque
„ tempora raptis
„ Auribus, & truncas inhoneſto vul
„ nere nares.

Adeo natiuum omnem decorẽ adi mit, & exaſperatum tumoribus cor pus reddit, callis obdurat, ſinibus

ac fiſtulis cuniculatis ſubtus exca=
uat, lacunoſis cicatricibus detur=
pat, priuatas item alimento par=
teis extenuat, additamentíſque in
oſſeam duritiem concreſcentibus
velut appēdicibus quibuſdam tam
pertinaciter oſſibus offirmatis, vt
auelli nullo queant diuortio ele=
uat. Et quamuis ſint, qui abſcede=
re oſſa negent, tamen frequenter
collectionibus etiam ſaniem eru=
ctantibus turgeſcere videas, & ta=
bo diffluere. Interim vis hæc ma=
ior in ſumma reciprocatur, vbi Te
lephia, vbi Chironia ſuſcitantur
vlcera, aliáq; ſerpentia rebelli adeo
contumacia, nullis vt auxilijs ce=
dant. Hinc ſacer ignis, aphthæ, no
mæ, phagedænæ, impetigo, pſora,
fera ſcabies, & quid nō malorū? vt
Pādoræ pyxis potius cenſenda vi=

deatur, quam (vt ſatyrici verbis v=
tar) circunſilit agmine facto Mor
borum omne genus. De qua non
eſt, quòd pluribus agam, niſi quòd
ex contagio non ſubitã vitæ perni
tiem inuehit ſed diuturnitate cele=
ritatem aliarum peſtiũ compẽſat:
dum horrenda ſui fœditate morta
litatem reſpirare haud ſinit, & con
clamato vitæ ſolatio longum va=
lere dicit. Ita non potuit olim hæc
noxa extingui, vt vel ſapientes a=
nimum cogeret deſpõdere, niſi ac=
ceſſiſſet diuinum ſancti ligni pręſi=
dium. Cęterum finitionẽ illam ſu=
periorem nũc examinemus. Publi=
cam diximus contagem, quòd tam
viros quàm fœminas, pueros q̃ ſe=
nes, proceres q̃ mãcipia, magiſtra=
tus q̃ humilem plebẽ, attactu cor=
ripiat. Senſere quoq; hanc labẽ vir
gines & infantes, & monaſticę vitę

puritati dediti: neq; ſolum in Europam, ſed in Africam quoq; & Aſiam tranſlata eſt, vt ab Indis ad Hiſpanos qui nobis importarunt, ſerpſit. Contagium autem appellamus vulgare malum, quòd contactu corpora labefactet. Eſt verò vulgaris Galeno morbus, quicunq; vno in loco multos inuaſerit. qui ſi hoc etiam adſit vt multos perimat, peſtis. ſed quoniam cõtages quędam inhalatur, & conuictu ab vno ad alium tranſit, affrictu contractum adiunximus: ad indicandum contactum huiuſmodi palpabilem & corporalẽ, vt in iјs qui ex cubitu cũ infectis ea lue implicantur: qui ſicut mãmarũ ſuctu infantes malũ trahũt, ꝗ lintea cõtrectãt ab iјs impurata, maxime quibus indormierunt aut deſudarũt, proinde aliquã eſſe morã oportet,

vt corpora hãc maculã cõcipiant: alioqui nõ carerent periculi ſuſpicione, qui illorum tractant vlcera. Hoc aũt malũ vix ab interiore naſcitur alteratione, ſed externa origo eſt. ſunt etiã quibus hanc luem potus attulerit, propter rarã oris regionẽ ſaliuæq; vligine perpetuò humeſcentẽ, quæ vaſis attactu facile vitiatur, & putredinem tenera pars ſentit. Equidẽ obſtetricẽ noui, quæ dũ mulieris inquinatę partũ exciperet, hoc morbo correpta fuit, nulla tamẽ fœtui noxa cõmunicata, vſq; eò afficiendi corporis præparatio, quẽadmodũ Gal. prodidit, vel maxima pars eſt morborũ generationis. Verùm age producat nũc quiſpiã ſi poteſt in aſſidua vitæ conſuetudine, & corporis diſpoſitione, vnum quempiam hac lue occupatum, & de finitione illi

lubens decedam : ſed nemo poterit(opinor)hoc certe in orbe, nec adhuc inuẽtus quiſq̃ quãuis impudens , qui talia ſcribere ſit auſus: tametſi non defuerunt, qui ſolo odore contrahi dixerunt . Qua de re poſtea. Adieci deinceps , maximéque in re venerea, ꝗ non peræque velox huius, atque fuit olim mentagræ tranſitus , quæ oſculo protinus infigebať, quaſi in tenuiori, qui cito trãſfunderetur vapore illa reſideret contagio : hæc verò in craſſioribus deliteſcit humoribus,& adhærentẽ habet viſciditatem: ideóq; attritu ac calore opus eſt , vt in actum exeat contagioſum virus,quod quidem vligo obſcœna in meatus cauáque corporis inſinuet , quia partes humentiores putredini magis ſunt obnoxiæ . Non negauerim tamen fieri

interdum posse, vt ex venereo cõplexu coles aut genitale non conflictetur, & à pustulis non laboret: siquidem vbi materia, quæ fomitem habet, aut mordax non est, aut supra modum est tenuis, clanculum obrepit iecori, sícq; diffusa in totũ corpus venenatã causam in alias partes transmittit, quę postea virus illud eructant & in apertum proferunt. Adde quòd ex vehementi verendorum agitatione meatus laxãtur, & tanquam transfusis cribris, quæ inde oriũtur contagia nullo colantur perlitu, ita vt partes illæ minime infestentur, si à coitu eluantur. Certũ nihilo tamẽ minus est collactaneum ijs fore, qui in venerem ruent præcipites, tantóq; magis, quò quis salacior fuerit. Verum enimuero non inficiabor sponte principio nasci po-

tuiſſe vi quadam cæleſti. Quippe totum vulgarium morborum ge= nus, Gal. authore in Epidemia, ex cæli ſtatu proficiſcitur . Hoc autẽ tempore niſi ex pollutorum conta ctu affrictúq; gigni, vix credibile fit. Graſſatur autem peſtis hæc in loculorum muliebrium ſpurcis la= tebris, hinc ex concubitu tentigo immedicabilẽ peſtem concipit vl= cuſculis præduris, ſed nullo ferè ſenſu pernitioſis illic deliteſcenti= bus. Ex quo intelligitur tanti mali vix alium eſſe fontem. ſequitur, affectum putredinoſum inducere. Quem putredinoſum appello, quo modo Gal. habitus in putredinem pronos vocat σηπεδονώδεις, non quia velim hunc affectum calidum & humidum eſſe, neq; tamen frigidũ & vt Maſſa crepat, aliqualiter ſic= cum, quod proculdubio curationi

repugnat: ſed qualitatẽ occultã dico cum deteriori cõditione, in qua eſt hepar dũ in ipſum, virus illud inuadit, eã ob cauſam adiũximus, occulta ſua qualitate. Et fieri quidẽ poteſt vt iecur nulla ex primis qualitatibus ęgrotet ſicuti eorũ cordi accidit, qui à veneno ſubſtãtia tota deleterio enecãtur: nihilo tamen ſecius humidus ſit neceſſe eſt affectus, ad gignendã putredinem. Nihil em̃ calor citra humidũ habet putrefacere, vt ait Gal. & ſatis eſt aduentitiũ eſſe calorẽ illũ. Quã ob rem noxia ac peſtilens qualitas tantiſper pullulat in iecore, dũ ſanguinẽ alióſq; deinde humores ſine intermiſſione inficiat, ac ſanguinẽ quidẽ in aliquã: velut ſuppurationẽ cõuertat quãuis fluxio conſiſtẽs nõ vbiq; puris habet ſimilitudinẽ, ſed alius quidẽ putredinis ap

paret modus, vt Hip. in Epid. humores verò in crassam quãdam & absurdã immutat glutinositatẽ. Recte igitur hoc additũ. Nã spiritus vix lædit, etsi inter initia tãtus ab vlceribus fœtor dicitur exhalasse, vt statim inficeretur cuius odor nares contigisset: quod vix credibile videtur. Quãuis in animalia, quæ spiritũ letalẽ cõcepissent q̃ longissime diuagatum legi. Diximus deinceps, in pustulas &c. quòd aliæ quoque contages affectum inducunt putredinosum, qui si abeat in vnum aliquod eorum quæ diximus, cum hac lue affinitatem habebit, vt non dubitauerit Leonicenus huiusmodi morbum finire, pustulas ex varia humorum corruptione generatas, propter nimiam aëris in calore atque humiditate præsertim intemperiem,

pudenda primū, deinde reliquum corpus cum magno plerumq; dolore occupantes, in qua diffinitione quid desiderē ij cognoscēt, qui nostram exacte intellexerint. Attamē pustulas ille huiusce mali genus censet, quòd affectus ille putredinosus eas spargat per corpus. Nam putredinis munus est commune (vti tradit Galenus) vt partes eas corrumpat in quas impingit. Verùm cū interdum non erumpant pustulę foras, sed vlcera se tātum & abscessus ostendant, aliáq; putredinis indicia: ideo per disiunctionē enuntiauimus. Neq; enim pustularū vna semper forma (etiā si illæ vlcera & abscessus plurimū præcedunt.) Nam imaginem ferè reddunt summæ glandis, vt eleganter Syphilis,

„ Species morbi no
„ ua pustula summæ

Glãdis ad effigiẽ, pituita marcida pingui, "
Tẽpore quæ multo nõ poſt adapta dehiſcẽs "
Mucoſa multum ſanie tabóq; fluebat. "

Interdum planæ ſunt miniméque extantes, ſed ſcabræ tamen in ſuperficie, ac colore incandeſcentes apparent, à quibus reſolutis ſquamis caro ſubiecta eroſa videtur. Aliæ varis ſunt ſimiles, figura rotunda, à quibus exempta cruſtula, caro emicat rubicundior. nonnulli latiores habent, ſed quæ ſupra cutem non exturgeſcunt, ſquaroſo cortice, quo reſoluto caro ſubliuens ſe prodit. Quartum præterea genus eſt, quod remotis ſquamis albicantibus, cicatrici ſimile remanet, à quo ſanguis interdum manans ſanationis minatur difficultatem. Hoc ſcabiem repræſentat ſiccam, cæteris planè deterius, quod etſi non ita erodit, ſer-

pendo tamen varijs intentatísque locis insidet : sunt & aliæ pro humorum qui corrumpuntur varietate, raro enim syncerus & impermixtus datur succus . Porrò quibusdam, nullis se pustulis exerentibus, vlcera innascũtur, maximéq; in ijs, quos argento viuo illito percuratos redux ex cõtactu morbus repetit. Hæc frequenter in gutture palatóq; serpunt : sic abscessus ac tubercula, post diuturnos dolores excutiente se tandem vi expultrice, malóq; foras exultante, ad cutem compelluntur (tales vomicas ac panos, gummas ferè nominãt) ex quibus intelligũtur illa quę post partem &c. addita ad demonstrandum non iecur modo hoc labefactari cõtagio, sed deinde cerebrũ. Nam hæc lues propter putredinis crassitiem, vix ad cor cómeat, ali-

oqui perimeret. E quo fit vt ſimul= atq; qualitas illa noxia in cerebrũ irrepſit, puſtulę ferè prius emergãt circa frõtẽ ac tẽpora, q̃ aliã quãuis corporis partem: pręterq̃ vbi cepit malũ. Eſt enim humidiſſimũ ipſum cerebrũ, proindéq; humores illic cõ diti facile patẽt putredini. Incipiũt aũt (vt diximus) circa pudẽda, qui bus ex venere ortũ habet morbus: alijs verò in locis pro eo atq; intri= tio inſederit. Diximus præterea in ipſis latêre faucibus, quo intelligat vlcera in ore depaſcẽtia illuuiẽ ce= rebri magnopere concipere: illac enim cerebrũ per lacunoſam caui= tatem à ſuis ſe recremẽtis emũgit. Poſtremo, non ſine excruciãtibus doloribus, quippe ob meningas va poribus ex putredinis habitu ela= tis affectas, grauiſſime tunc caput laborat, & in ſcapulas, artuúmq;

iuncturas per neruos & periostea, hoc est, mēbranas ossa conuestien tes, degrauans molestia diffundi= tur : quæ nisi prouideatur, vsq; eò inualescit, vt sæpe mortales adi= gat ad desperationem. Atq; his to= tam cum recētis tum veteris mor= bi vim ac naturam satis à nobis explicatam arbitror, quantáq; fieri potuit breuitate. Vtemur aũt in se= quētibus hac diffinitione cũ opus erit, dũ aliquis eã vitij conuicerit.

Huic malo neminē adhuc sola ratio-ne mederi potuisse.

In hoc igitur malo expugnando doctissimi physici non sine causa elaborarunt. Et tantorũ affectuum semina inuestigare sicuti par erat conati sunt, optimè intelligentes, nullum affectum incognita causa tolli posse. Ijdem non generalem modo causam contemplati sunt,

quam partim in vires aſtrorũ con=tulerunt, partim in humidũ cęli ſtatũ, nonnulli in virus cum elephan=tioſis coitu cõceptum, in alias cau=ſas alij. Sed particularem etiam ac proximam originem non neglexerunt. Et materialem quam vo=cant cauſam, corruptos humores ſtatuerunt: Efficientem, iecur affe=ctum: Formalem, puſtulas, vlcera, cæteráq;, quæ ſymptomatũ quoq; numero accedunt: & finalẽ (ſi dijs placet) putredinẽ, qua nimirũ cor=pus ad corruptionẽ ſpectat. Quin=etiã exteriores interioréſq; cauſas ſunt ſcrutati, & ex inteſtinarũ cau=ſarũ aucupijs continẽtes, quas cõ=iunctas vocant, poſuerunt, & con=cauſas, & fouẽtes, & quid non? In=uentus eſt etiam, qui huiuſce mali fundamentũ ſolã fecerit pituitam, atram bilẽ alius, alius item aliud.

Officinā verò quā mineram vocat, iecur omnes faciunt. cæteras porrò indicationes ex methodo eos in curā attulisse credibile est, quibus tamē efficere nemo potuit, vt absq; argento viuo vel minimā eius luis speciem leniret. Quāq̃ nō defuit, qui libris etiam in vulgus æditis, sua somnia experientibus profutura crederet, temerario me hercules ausu, & fiducia de se maiore q̃ qui pati posset alios sua excogitare. Certe alij experiētiam fere cū ratione coniunxerūt: sed ita, vt cū de re splēdidè perorauissent, ad eam experiētiam inuiti delaberentur. Nempe tota propemodum opera eliciendo pessimo illi veneno impendēda, alioqui causis alijs prouidentes, morbū nō elidimus, sed corpus lacessimus. Verū nosse, quid excutiat ac deleat hāc perni-

tiosam qualitatem, hic labor, hoc opus. Neq; em̃ nisi experiẽtia duce ad verá mali huius curationẽ peruenimus, ac ferè per desudationes, sputismata, saliuarúmq; vligines fauciũ subeũtes angustias. Ex quo cõstat eliciendũ esse vndequaq; virus. Ná ad nocẽtes argẽti viui illitus qua ratione ventũ sit: nõ facile quisq̃ dixerit, præsertim in natura eius medicis, vt ingenue fatear, haud satis explorata. Gal. em̃ nullũ se periculũ fecisse confitetur, siue deuoret siue foris admoueat, interimere. Quidá verò naturá eius humidá ac frigidá statuerũt, alij cõtrà calidá & humidá: qua ex temperie vinci p cõtrariũ nõ posset putredinosus affectus, q ipse madẽtẽ videt causam habere. Et in maxime rationalibus q volũt calidũ humidũq; argẽtũ viuũ, ij causam ac basim,

(vti vocāt) pituitam conſtituunt. Equidē Aeginetā Paulū, calidum hoc ſiccúmq; facere Raſem dicentē audio: cū tamē ſeptimo ſuæ artis hydrargyrō teſtetur in medicinæ vſum nō magnopere accōmodari, ꝙ venenum repræſentet: eſſe tamen aliquos, qui concrematū in cinerē, miſtúmq; alijs aduerſus colicos & ilioſos in potione exhibeant. Huius aūt cremādi rationē ab antiquis traditā nuſq̄ reperi præterq̄ vno Azarauio, quē Serapionē dixerunt, Arabe quidē, nec ita priſco ſcriptore, ſed q cū ſulphure cōcinnet, & Zinſiphur, quod vulgus cinaprū cinabriúmve à cinabari vt opinor falſò creditū vocitat, chymiſtę aūt noſtri alia etiā hoc curāt ratiōe, ex ſtillatitio & medicato latice, quę aqua dici chryſulca cū Budęo poteſt ab extrahēdi quā habet

auri potentia, Galli aquã fortem, & à departiendo vocat Italia: hac vtentes adeo valetudini noxiã experiuntur, vt fumus eiūs bullientis inſpiratu exhauſtus vitalia labefa ctare cenſeatur. Quam rem cauẽt etiam diligenter artifices. Eſt & alius iſtius rei modus, quo hydrargyrõ ſublimatū candefacit idẽ Serapion. Quæ apparandi rationes vires habẽt quadamtenus inter ſe diuerſas: tametſi ſingula horũ medicamenta tum calfaciendi tũ ſiccandi vi ſunt prædita, adeo vt nullum iſtorum planè retineat vim argẽti hac in curatione facultatem. ſolẽt tamen ſuffitus neſcio qui mirifici, at omni vitę ſupplicio ſæuiores concinnari eodem propoſito. Sed ad virtutem nos eſſe attentos iubent. Quaſi naturale robur ea ſuffimenta diſſipent, quę magnam

quoque ipſa partem luis iſtius ple runque deteriori loco relinquunt. Quæ cauſa eſt cur Syphilis in hęc eruperit:

„ *Quocirca totũ ad corpus nemo audeat vti,*
„ *Iudice me, certis fortaſſe erit vtile mẽbris*
„ *Quæ papulæ informes, chironiáq; vlcera*
„ *paſcunt.*

Ex chymiſtica verò ratione metamorphoſis illa, vt abſtergendis vlceribus mirifica planéq; diuina eſt, ita curãdo per vnctiones malo vix locum habere deprehenditur. Nec audiẽdus ille eſt, qui verã hydrargyri reſtinctionem autumat præcipitatum vt vocat, & vt Maſſa, angelicũ puluerẽ, qui negat ſe Ioanni à Vigo rubrum mercurium appellanti, acceptum referre: cum tamẽ ante quindecim fermè annos, quàm hic librum ſuum ędidiſſet, illius conficiendi modũ ſcriptis tra-

didiſſet. Ille autē, quem ſuprà mo=
nuimus non audiendū eſſe, hydrar
gyri pręparationē, quæ vel amara=
rum oleo amygdalarum, vel ieiuni
ſaliua elaboratur, occultationē ac
torpefactionē potius exiſtimat, q̃
veram extinctionē. quoniā alicubi
Raſes prodiderit, argentum viuū,
quādo extinguitur, ardēs eſſe. At=
qui meminiſſe debuerat Meſuē, A=
uicennā, alióſq; in ſuis ad ſcabiem
vnctionibus, exanimatum, ſiue (vt
eorū vocabulis vtar) mortificatū,
argētum viuū expetiuiſſe, non cre=
matum ſeu præcipitatum, vt appel
lant. Quomodo in illo Meſuæ ad
ſcabiem: *Adiunge argentum viuum cum
ſaliua extinctum*: vbi perperā quidam
cum ſaluia, ſecunda ſyllaba cōſtan
te ex u & i, nō contrà, legūt. In quo
nihil hæſitandū duco. Quinetiam
palàm eſt nō ſentiri id, quod quæ=

ritur auxilium,in cremato argēto
viuo, quale in extorpefacto dilu-
tóq;,ſeu(vt illi ipſi hanc vocē arri
dere video)occultato.In ijs ſaltē il
linitionibus quæ ad totius ſpectāt
curationem: tamē nequaq̃ inficias
iuerim,plurimum alioquin emolu
mēti iſti lui hoc ipſum allaturum,
etiāſi medicorū pleriq; vſum eius
per os ſumpti ſupra modū deteſten
tur,ídq;(niſi fallor)haud immeri-
to. Quos tamen meminiſſe opor-
tuerat,hoc & antiquos in multo le
uioribus malis vſos, & quicquid
venenū eſt non continuo ſicut ab
omni vitæ cōſuetudine abhorrere
debet,ita procul eſſe ab omni me-
dicinæ vſu atq; cōſortio exploden
dum,& tanq̃ inofficioſum prorſus
reijciendū,perinde quaſi perpetuo
exulare mereatur . Declarant hoc
viperæ, quas in Theriace vſurpa-

mus. Quinetiam araneos olim ex vino in eorum morſibus præbuit antiquitas. Et pharmacorum bona pars veneni nomine cõprehenditur. Sed & Philoſt. Aeſculapij filios venenis ad multas ægritudines ſalubriter vti didiciſſe Iarchã dicentẽ inducit: quod diuinationi tamẽ attribuit. Quaſi venenum veneno ſit antidotum. vnde miſtorũ venenorum acceſſio ſolet interdũ ſalutaris eſſe. Qua de re iocus extat apud Auſonium Gallum mirè huic loco faciens, quem ideo ſubiungere placuit, vt hoc magis intelligãt omnes, argentum viuum in venenis haberi.

Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito
Nec ſatis ad mortẽ credidit eſſe datum:
Miſcuit argenti letalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necẽ.
Diuidat hæc ſi qs, faciũt diſcreta venenũ:

Antidotũ ſumet, qui geminata bibit.
Ergo inter ſeſe dum noxia pocula certant,
Ceſſit letalis noxa ſalutiferæ:
Protinus & vacuos alui petiere receſſus,
Lubrica deiectis qua via nota cibis.
Quàm pia cura deũ! ꝓdeſt crudelior vxor:
Et cũ fata volunt, bina venena iuuant.

Quæ verba profectò ſatis mihi videntur eſſe ad reprimẽdos iſtos cõmixtores. ſed de ijs aliàs, nũc quod inſtat ſequamur. Nẽpe argentũ viuũ innoxiè nõnunq̃ intrò ſumi, maximéq; crematũ, perhibemus. Tametſi virum hac in re ſani iudicij artíſq; experientẽ requiro, qui ſumma ipſe cum cautione prudentiáq; ad hoc aggrediatur: à quo nihil non tentari velim vnde cõmodum aliquod ſperet. ſed faciendũ ita iudico, vt vel ſenſim eius rei quæ lædere putatur, modus augeatur donec primum nihil nocuiſſe, deinde

etiam iuuisse deprehensa sit. Quare cũ pestifera contagio veluti bellua quædã sit, idcirco medicamento ex viperis quasi feris contra feram pugnandũ Gal. censebat: similiter quoniã lues Hispanica sceleris velut pœna est, aut quasi ἐλέγχου φρέαρ (vt Philost. ait apud Indos esse) igne quoq; expiatorio purganda mihi videtur, tanq̃ cratere illo venię, quẽ idem πῦρ ξυγγνώμης vocari sapientibus dicebat. Ergóne cinerẽ istum egregium tantum hac in curatione laudabimus? Atqui pesti etiam cõmodare, quòd putredinis vndiq; virus euocet atq; proliciat, nõnulli tradiderunt. sed ex auro à se parari quidã professus est, vt nobis tamẽ nondũ id præstiterit, neq; vsum eius edocuerit. Ego verò formulam illam propemodũ me tenere puto, neq; tamen tam pretiosi

thesauri adita diutius esse clausa patior. Igitur in sublime scansilis in hoc expetitur hydrargyros, quē Mercurium chymistæ vocant sublimatum, hæc appēdi postulat ad sex vnciarum pondus, & ex tritici polline cōmisceri atq; in massulas cōfingi, butyro assidue manus oblinēdo dum agglomeretur. Deinde destillatiōe quādiu euocari liquor aliquis ex eo potest, aqua extrahitur. Porrò ex vna auri portione & stillatitij illius laticis partibus sex concorporatum fieri iubent (amalgama vulgus chymistarum nuncupat:) idq; in vitreo vase habēt in cineribus infurnibuli media sui parte consepulto, mollissimo cōtinue vtētes igni, vbi crustula consurgit, quæ veluti γραῦς quædam cōcorporato innatet. Nam paulatim ad coctură eius existit. Ac quæ subinde

emergit, ligula ſenſim demitur & in aliud vas tranſfertur tãtiſper, dũ aliquod appareat ſic naſcẽtis cruſtulæ argumẽtũ. Has omnes ſimul collectas in vas aliud priori nõ diſſimile reponũt, quod ampli eſſe volunt oris, támq; latũ q̃ lõgum, nec quatuor excedens digitos: Id in ſimili igne cõfouent nec operculatum niſi vna chartula, ne quid ſordis eò ſe inſinuet. Quo loco tãdiu tenent, donec irrubeat, aut certe luteo flaueſcat pallore: ſic enĩ ignis cõmercio, vt Galenus ad Piſonẽ, multa redduntur meliora, & latentem in ſe naturam in apertum proferunt: quippe domita ignis neceſſitate curationi fiunt apta. Talem habes auream vere ex hydrargyro cinerulam, quam ab amico quodã Alcumiſta (vt vulgo vocant) magnis profecto precibus vix extor-

ſi. Hunc puluerem ſiccũ appellabat omnis excremẽtitij humidi exper tem. Sed & illum ipſum rurſus ap= parabat, quia nõ neſciret (quod ad Piſonem etiã tradit Gal.) plurimũ virtutis auxiliatricis exhibere pr parationẽ. Hunc igitur in vaſe fi= ctili illito recõditũ adobruebat vi= ni ſtillatitio liquore ad infinitã te nuitatem deducto, ita vt digiti cir= citer altitudine ſupernataret is la= tex, quẽ ad ignẽ abſumere permit= tebat, ac tertio ſimiliter opus repe= tebat, tum ad vltimũ ex intubi vel bugloſſi deſtillato ĩbre ibi ad ignẽ patiebatur eſſe, vſq; dum planè re= ſiccatum haberet. ex eo autem ſic pulchre ac ſedulo accurato modũ oboli dabat: ex alio non ita cõfla= to tantũ à granis quinq; ad nouem. Addebat ad illum aloes vel dacry= dij ſiliquã, ſaccharis, quod ſat eſſe

videbatur, vel ĩ catapotia cõfingebat. Imperabat autẽ abſtinẽtiam à ſumptione ĩ horas ferè ſex, & duas ſomni horas ab eius ſtatim vſu cõcedebat. Hoc medicamẽto tũ ſuperna, tũ inferna ad miraculũ exinaniuntur euocatis corruptis omnibus incõditíſq; humoribus, ita vt cõualeſcant intra nouẽ dies omnes hac lue detẽti, atq; adeo arthritici conclamati, itémq; peſte laborantes. Hoc tam præclarũ myſteriũ nolui diutius ſupprimere. Quod autẽ ſupra fidẽ eorũ quę pollicetur excellẽtius habet, alio tẽpore dicturi ſumus. Meminiſſe tamẽ oportet recreãdas eſſe à prima ſtatim expurgatione vires, quod elixati capi iure cõmodiſſime aſſequemur, ſi rurſus leui vomitione ſeſe exonerat neminẽ perturbare debet, tũ carnibus reficiẽdus & meraco ꝗ optimo

totũ diẽ. Hæc habui quæ de aureo puluiſculo noſtro dicerem : quem ſcio pleroſq; vt inhumanũ ac dirũ q̃lõgiſſime in barathrũ vſq; depulſuros, vel eam ob cauſam ꝙ ſublimati, quod dicitur, vt veneni præſentiſſimi fiat mentio. qui me hercule ſi hoc præſcriptũ recte acciperent, non tã aſpere & acerbe tetrici inſectarẽtur. Quippe non vulgare illud ſublimatũ petitur, quod paſſim in officinis vænit chymeutico inuẽto perniciale, multo minus illud quod è Chalcantho albũ fieri à Serapione pręmonui: ſed id dũtaxat, quod è ſolo argẽto viuo cõflatur, quod artificiũ Ferrus ex Gebere (quaſi non idẽ tradiderit Plinius) expoſuit, dũ eius tractat mũdationẽ duplicẽ: vaporamẽti ſublimatu alterã, lauacro alterã: vtraq; abſterſione efficitur, vt omni im-

perfectione & terreni ſulphureiq́; concremẽti admiſtione, etiã q; plũ bi ſpurcitia exuatur. quin etiã ſubtilitatis particeps redditur, adeo vt actuoſum magis ea ratiõe euadat, & minori modo in cõpoſitiones veniat. Proinde ſimplex argentũ viuũ cõflatur in puluerẽ (quẽadmodum docuimus) auri miniſterio, ſine alia vlla permiſtione, vt metuẽdum nobis non ſit poſthac ab aduentitijs accerſitiſque exitioſis medicamentis: tametſi volẽtibus fatis, (vt ſuprà vidimus) bina iuuẽt venena. Neq; tamen ipſe hoc puluiſculũ linimẽtis cenſerem inijciẽdum, ſed hydrargyrõ potius, vel lauacro, vel illo ſublimatu præparatũ, aut ſimpliciter etiam quoduis exanimatũ, licet ipſum nõ ignorem haud leui iniuria ſic curatos afficere, vt morbo fauere potius, q̃ eũ amoliri in-

terdum videatur. ſiquidem noxis innumeris fatigare corpus conſpi= citur. hoc enim gingiuę ſoluuntur, ac propemodũ exeduntur. tonſillæ tument, labant dentes, ori tetrũ ha litum parit, viſum ſuffundit, obeſt auribus, tremula reſolutáq; mẽbra detinet, oſſa corrumpit, pulmones deniq; tabefacit, principéſq; omnes partes inficit & oblædit. Quapro= pter temeraria multis putatur hæc medicina, nec minus ipſo morbi impetu reformidanda: ſine qua ta= men patrũ memoria, neminẽ vnq̃ rectè ſanitati reſtitutũ conſtat. Nã vt in quibuſdã forte felici ſucceſſu non ſit reſponſum, curantis vel im peritia, vel decumbentis vitio, vel certe mali peruicacia, innumerabi les tamen hoc vno remedio cura= tos nullo relicto veſtigio cogno= uimus: vt planè amuletum huiuſce

luis credi oporteat, quasíque anti=
pharmacon alexiterion. Nemo au
tem absque vno hoc auxilio sani=
tati redditus est, nisi postmodum
ligni sancti ope diuina. Nanque
mali reliquias ab argento fortasse
viuo nondum in totũ exhaustas, &
tamen fomitem fermẽtúmq; con=
sopientes, nulla ab eo medela ve=
hementius ad integrum potuit eli
dere. Et vnum demũ est, quod cõ=
tra huius noxas omnes egregriè fa
cere deprehensum est. Quanquã
sunt, qui philosophicas suas aquas
impendio prędicarũt, qua euentus
fruge norũt ij, qui sunt experti. Pri
músq; Ioãnes cognomento Alma
nar Hispanus theriacum introdu=
xit liquorẽ, alijs potus suos (sic enĩ
appellabãt) magnifice venditanti=
bus, q ad scenicas & mimicas quas
dã iactãtias deuoluebãtur: quibus

dum morbum nõ propulſarent, ad argenti rurſus viui liniméta inuiti deſcendere cogebantur verũ obſcuro quodã fuco aliud quidpiam, quàm hoc præſidiũ deierantes, aut quiduis potius cauſificantes. Neq; profecto olei ſulphurati ſplendida moueor pollicitatione. Quod etſi digerédi inſignem habere vim cũ tenuitate ſumma facile credo: virus tamen pellicere animũ non induco, vt quod per ſe, vel intro ſumptum, vel foris admotum, nihil conferre vel minimum ſit compertum, propterea quòd apyron non eſt amplius. Neque enim ſudores euocat, quod certe caput eſt huiuſce curationis, neque aluum ducit, aut vomitu purgat, aut etiam vrinas ciet, quæ corpus præſtare ſolẽt εἰλικρινὲς, hoc eſt integrũ ac ſyncerũ: ſed maxime ſudatiõibus virus hoc

natum eſt exterminari, ſunt enim meatus commune totius emiſſarium. Nam quod Syphilis de exercitatione cecinit, veritatis fortaſſe ſignificationem hac ratione ediderit. Teſtimoniũ eius hic repetã.

Hic iubeo tibi nulla quies, nulla otia ſunto. „
Rũpe moras, agita aſſiduis venatib⁹ apros. „
Impiger, aſſiduis agita venatibus vrſos. „
Nec tibi ſit labor aërij curſu ardua mõtis „
Vincẽti, rapidũ in valles deflectere ceruũ, „
Et longa luſtrare altos indagine ſaltus. „
Vidi ego ſæpe malũ, qui iã ſudoribus omne „
Finiſſet, ſyluiſq; luem liquiſſet in altis. „

Sed q̃ non ſit tutum hoc experimẽtum, neminem latet. Ac fieri quidem poteſt, vt in leui malo hoc ſequatur, in grauiore verò vix locum argumenti veri trahat. Quare cum alia quædam remedia perſtrinxiſſet, mox infert:

Argento melius perſoluunt omnia viuo.

„ *Pars maior*. Deinde qua ratione in=
uentum ſit,ſcite confingit non hu
mana ope, ſed deorum detectio=
ne,vt ambigendum non ſit ab ex=
perientia manauiſſe.ſed ne ſingu=
„ la perſequar,cum dixiſſet: *Miranda*
„ *etenim vis inſita in illo eſt,*
„ *Siue* ꝙ *id natũ eſt ſubito frigúſq; calorẽq;*
„ *Excipere, vnde in ſe noſtrum cito contra-*
„ *hit ignem*. Paulo pòſt ſubnectit,
Siue aliã vim fata illi & natura dedere,
„ *Cuius & inuẽtum medicamẽ munere diuũ*
„ *Digreſſus referã,qs enim admirãda deorũ*
Munera prætereat? An hæc obſecro
doctiſſimum poëtam ſine cauſa di
xiſſe exiſtimamus, ac non potius
perſpexiſſe memorabilis auxilij hu
ius venerandam inuentionem ex=
perientiæ tribuendam? Neque ve=
rò mihi velim obijci vetuſtiores ad
uerſus ſcabiem hoc vſos eſſe:Id e=
nim eſt Empiricorũ ad ſimilia tran=

ſitum æmulari. Atq; de hac re nimis ſanè multa. ſupereſt, vt ad pocula illa philoſophica redeamus. Nam idem poëta tantũ vſum illis condonat morbi reliquias diſpergendi, etiam ſtratis ſudorem mouendo. Sed accepi fuiſſe nõnullos, qui aſſeuerarent ſola medicamenti potiuncula, quod lachan habet elotã aloémq; ex myrti coctione ſeſe permultos ſanauiſſe. Quibus non magnam ſanè fidem haberẽ, niſi in experimenta produxiſſem ſupradicta medicamentorum genera adiectis dictamno, attractylidis altera ſpecie (quẽ cardum benedictum vocant officinæ) inula, ſcordio, hęderæq; tũ folijs tum lachryma, quæ non parum valuiſſe comperi. Omnia igitur ea ex vini ſtillato liquore in fimo computreſcere equino ſinebam ad quadra-

ginta dies, vaſe vitreo bombylij in morem conflato, exactè obturato ne quid expiraret. Deinde ſimul vt infinitam tenuitatem cum medicamentorũ facultatibus acquiſiuiſſe hoc artificio laticem illũ ſperabam, ſuauiter ampullã tractans, quod lympidum apparebat, id verò q̃ molliſſime fieri poterat diffundebam in aliud vas: & addita, pro modo aquæ illius, portione aurei noſtri puluiſculi, quod paratum à chymiſta illo nactus erã, & cryſtalli in farinam redacti ſubdupla, iterum tãtũdem in fimo ad inſolandum habebam. Deinde relicto eo, quod ſubſidebat, quicquid pellucidum extabat, detrahebã ad vſum ſeruans. Eius porrò liquoris potẽtiſſimi pretioſiſſimíq; guttulas tãtum decem vel ſummum quindecim, ex aquæ bugloſſi vnciola, ſac

charo, ac cinnamomi momẽto cõ-
ditæ in balneo ipſe præbui ijs, qui
arthritide inexpugnabili cruciabã
tur, & reliquias mali ab vnctione
abigere non poterant. Ne quis au
tem chymiſtarum inuẽtum putet
eiuſmodi præparationem, quæ pu
tredinem accerſit, aſcribam quæ
Gal. in compoſitione medicamẽ-
ti Herę quod ſub terra mẽſes tres
ſinebat, tradit: αὕτη σοι καὶ ἡ τοῦ δευτέρου
φαρμάκου γραφή. πλέον ἢ δεῖ στυπτικὸν ἐργασο-
μένη τὸ φάρμακον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπανορθούμενος
αὐτοῦ σφοδρὸν τῆς στύψεως, ὁ πρῶτος συνθεὶς ἐκ
τοῦ κατορύξαι τε καὶ οἷον σῆψαι τὰ μιχθέντα
λεπτομερεστέραν αὐτῶν τὴν οὐσίαν ἐπειράθη ποιῆσαι
Que ſic vertas: hoc tibi eſt ſecun ,,
di medicamẽti pręſcriptum: quod ,,
pluſq̃ decet medicamẽ efficit aſtri ,,
ctorium. Quamobrem vehemen- ,,
tẽ aſtrictionis vim corrigens, qui ,,
primus medicamentum hoc com ,,
poſuit, ex eo quòd defodit & quaſi ,,

„ putreſcere ſiuit,tenuiorem miſcel
„ laneorum naturam reddere cona=
tus eſt.Paulus pręterea in entatico
ſtelliones ex aceto maceráſ trigin
ta diebus in fimo defodit.Cæterũ
quálibet occurſum fuit marcori il
li putri reſinoſis pinguibus alijſq;,
nunq̃ tamen perfectum eſt,vt fo=
mes viuax,qui ſemper corpus ex=
ercet, reſtingueretur,niſi metalli=
ci illius opera, quæ reuera vomi=
ca liquoris æterni(vt Plinius ap=
pellauit)quaſi vena quędam lon=
gè latéq; diues cẽſenda eſt. Recte
quòd idem venenum rerum om=
nium dixit, vt quod hanc diram
labẽ & immanem ſolum perimat:
ſulphur autem(quod autore Gal.
tenuiſſimas partes habet,adeo vt
animalibus venenatis multis reſi=
ſtat,vt turturi & draconi marinis,
cũq; terebinthina lepras,lichenas,

pſoras, extergeat) nō penitus repellat. nihilo tamen ſecius hoc ſuperius malo eſſe non valuit. Ex quibus illud neceſſario efficitur, argẽtum viuum abdita quadam vi nec ſatis explorata rationi, morbum iſtum propulſare. Quòd ſi per ſe id facit, vniuerſa mali curatio ad eius eſt experiẽtiam conferenda. Verùm priuſq̃ finem facimus, nō fuerit incommodum paulo altius ortū ac natales eius ſcrutari, quo ſimul natura eius planior fiat, ſimul ne ſupina quadá inſcitia hydrargyron & argentum viuū cōtra Pliniū idem exiſtimauiſſe iudicemur.

De origine argẽti viui, & ab hydrargyro differentia: déq; noxis eius tollendis.

Viui argenti natiui ſcaturigo in argenti fodinis latet, quippe lapis eſt ijs in venis, qui vomicam illá

argentei liquoris profundit, ſed non largiter inueniri ſolitā affirmant, tametſi in metallis ſine coctione in lacubus ſui coloris plurimū nunc reperiri conſtat, & nonnunquam vnà cum vaporibus è terra elatum in ipſo videlicet gramine. Adeóq; ſua ſponte naſci nemini dubium hoc tēpore. Hydrargyros autē authore Galeno factū quiddam eſt, quod ars etiam è minij hiſpanici gleba, aut vt Plinius ait ſecundarij (quę rubigo metalli eſt, & non niſi in fornacibus rubeſcit, ſteriléſq; plumbi vocātur) eduxit tractatione. Quo nomine idem Plinius palàm hydrargyron & argentū viuum diſtinguit, cum tamen perſpicuum ſit Gręcis idem genus fuiſſe, qui tam natiuum q̃ factum hoc appellant nomine, ſiquidem inuenitur (inquit

Dioſcorides)& in argẽtarijs fodi- „
nis cum eruitur argẽtum, cameris „
earũ pendẽs & in guttas concreta „
hydrargyros. Addit tradere quoſ-
dam, per ſe in fodinis etiã inueni-
ri: vt cõſentaneũ ſit, nõ alia de re q̃
de natiuo eum agere argẽto viuo.
Itaq; perpetua liquoris vomica ex
eo lapide, qui in argẽtum excoqui
tur, manat: & illud certè eſt, quod
per ſe dicũt inueniri, quódq; in la-
cubus ſuo colore ſine coctura exi-
ſtit: imò in cameris in guttas con-
cretum nõ aliud ſanè fuerit, quàm
ſuę cuiuſdam ſpõtis, ſicuti quod in
gramine vaporibus exhalari dixi-
mus. Ac fortaſſe Victruuio accedẽ
tes idẽ eſſe, nec iniuria, credemus,
quod ait, Cum foditur anthrax ex „
plagis ferramẽtorũ crebras emitti „
lachrymas argẽti viui: quæ à foſſo „
ribus ſtatim colliguntur. Quæ ver

ba ad argẽti viui genus natiuũ ſinẽ
vlla dubitatione ptinẽt. factitiũ ta-
» mẽ etiã habet Vict. cũ glebę colle-
» ctæ conijciũtur in fornacẽ propter
» humoris plenitatẽ, vt interareſcãt,
» è quibus ignis vapore fumus ſuſci
» tatur, & cũ reſedit in ſolũ furni, in-
» uenitur eſſe argẽtũ viuũ, exemptis
» glebis eæ guttæ quæ reſidebãt, pro
» pter breuitates nõ poſſunt colligi,
» ſed in vas aquæ cõuertuntur, & ibi
» inter ſe congruunt, & vnà confun-
» dũtur. Quæ ipſius eſt argenti viui
quadamtenus conficiendi ratio, in
ſolum ſiquidem furni reſes fumus
in hydrargyron perficitur. Quo
magis mirari ſoleo quid Hermo-
laum inducere potuerit, vt ex mar
more argẽtũ viuũ elicere Victruui-
um ſcriberet: & quid, ſecutus eum
Marcellus ex marmoris cemẽtis &
aſſulis, quas marmorarij deijciunt

eodẽ ferè, quo fit ex minio modo, illud ipſum cõflari dixerit, quod ſanè nuſq̃ apud illũ authorẽ inueni-re potui. certũ eſt tamẽ eodẽ in lo-co de marmoraria eum ĩductione ad tectoria tractare: ſed quid ex eo collegerint diuinare nequeo, niſi fortè exiſtimarũt, ſicuti ſil marmo roſum legimus, ſic & anthraca mar mor eſſe, nulla inter hoc & lapidẽ differẽtia. Porrò in vicẽ argẽti viui hydrargyrũ Plinius cõficit duobus modis, ſed neutro planè modo Vi-ctruuij, altero Dioſcoridis: prior ęreis mortarijs piſtilliſq; miniũ ex aceto terit, Alter patinis fictilibus impoſitũ ferrea cõcha, calice coo-pertũ, argilla ſuperillita cõficit: de-inde ſub patinis accenſo follibus cõtinuo igni, atq; ita calicis ſudo-re deterſo, qui fit argenti colore & aquæ liquore: idẽ guttis diuidi fa-

cilis,& lubrico humore confluere. Quę deſcriptio noſtrũ argẽtũ viuũ reprę ſentat, quod ſtare(vt ille inquit)loco neſcit,micat tremítq;,& ſuo põdere huc illuc facile fertur. Atqui poſtrema Plinij ratio nõ lõgè à Victruuiana diſſidet,cũ fumi vapore vterq; argẽteũ illũ ſudorẽ eliciat.Sed videamus,quo tãdẽ ex minio paretur:nã ex ſecũdario inuentũ hydrargyron Plinius ait,ex Hiſpanico Dioſc.& Victruuius ex glebis anthracis priuſq̃ tractationibus ad miniũ perueniatur : quas tractationes minij ille deinceps oſtendit.Ac miniũ quidã natiuũ rude eſſe aliquod putãt,nõ modo factũ & elaboratũ:Plinius etiã lapidẽ eſſe exuſtũ,venis permiſtũ,in omnibus ferè argẽtarijs itẽq; plũbarijs metallis.Quod alterũ dixit eſſe minij genus,Barbanus nõ ex il-

lo lapide liquoris æterni vomica componi interpretatur:ſed iȷs,qui cum eo inueniũtur,quos quidẽ ſi=mul repertos ſteriles vult eſſe plũ=bos.Nõnullis fortè videbitur exu=ſtũ lapidẽ anthraca Pliniũ intelli=gere,aliũ à plũbis futilibus ex quo fit ſecũdariũ:quãdo aliud quidẽ eſt miniũ quod ex arena fit cocci ni=tore, è qua etiam nũc in plyſmate (vbi primũ humorẽ hauſerit)argẽ tum abire viuũ ac ſecerni volũt:a=liud verò ex glebis(vt ſuprà viſum eſt)cõflatur anthracis,quę areſcẽ=tes argentũ viuum relinquunt:ter=tium ex lapide fit arenæ miſto in Hiſpania:poſtremo aliud ex plum bis,quod ſecundarium vocatur,ex quo ſolo hydrargyron Plinius eli=cit. Quare hallucinatus eſſe alio=qui videtur cũ arenas teri,dein fa=rinã lauari tradit,ſi nõ autumat ex

arena miniũ fieri. Sed cũ dicit inuẽ
tum miniũ à Callia, initio ſperãte
aurũ poſſe excoqui arena rubente
in metallis argẽti, nihil aliud indi
care eum puto, q̃ venã minij ſub-
ruſo colore habere circa ſe rubrũ
puluerẽ, quem quidã natiuum mi-
niũ neſcio q̃ verè exiſtimat. Qua-
ſi ſit aliquod perfectũ, nõ tractatio
nibus exercitum. Etſi Theophra-
ſtus illud ex arena genus αὐτοφυὲς vo
citet, idcirco tamẽ aſſeuerare haud
debuit hunc puluerẽ verũ minium
eſſe, de quo ſolus Vict. mentionem
fecit. Quãuis Plinius (inquit ille)
natiuũ quodãmodo videatur ad-
umbrare, rubinos, quos carbuncu-
los vocat, eodẽ loco fieri dicẽs. At-
qui miror cur carbũculos rubinos
ĩterpretetur hoc loco iſtius author
ſentẽtiæ, niſi quod dilucet, ipſe opi
natur minij lapidẽ, quẽ anthraca

Victr.nominat, huiuſmodi gẽmã eſſe, quã Plinius aliíq; carbunculũ dixere,cũ conſtet vix eo in genere vnicam gemmã foſſilẽ reperiri in Theſprotia,quæ anthracitis dica-tur,carbonibus ſimilis. Adde quòd multa coloris ſimilitudine præter vllã nitoris rationẽ carbũculi no-minãtur.ſed hæc difficultas latius à nobis ĩ Seplaſiario explicabitur: vbi illud etiã diſputauimus,poſſit ne ex minio iam ad vnguẽ elabora to fieri argẽtũ viuum. Elaboratur autẽ nõ lotura tãtùm,quod nequa-quam prima,at ſequẽte fit melius, ſed & excoquitur.miniũ autẽ nati-uum ſicubi adumbrauit Plinius, nõ alio loco fecit,q̃ vbi de Colchi co egit,hoc in rupe quadã inacceſ ſa,ex qua iaculãtes decuterẽt habe ri,ſed adulterari prodidit. Tẽpera turã autẽ minij fuſiſſ.docet Victru

uius.cui vt aduenĩát colores,lotio nibus & cocturis crebris egere di= ›› cit.Tunc enim(inquit)miniũ pro ›› pter argẽti viui relictionẽ quas in ›› ſe naturales habuerat virtutes relĩ ›› quit,& efficitur tenera natura & vi ›› ribus imbecille.Nũc in hoc ſumus, vt ſciamus,vtrũ melius cẽſendũ ſit argẽtũ viuũ:factitiũ ne,an natiuũ. Quod facile indicabimus,ſi gene= ra ſigillatim enumerauerimus.Pri mũ igitur ſcaturiẽs habetur,quod inter metalla reperitur . Aliud vi plagarũ exilit,dũ glebæ ferramẽtis eruuntur. fit aliud ex minij lotura quę varia eſt.ſuſcitatur etiá ex fu= mo vapore ignis ĩ patinis ſiue for= nacibus:hoc reſidet,illud ſcandit. Huic proximũ ad hæc quod ex ſe= cũdario fit lapide,nõ niſi fornaci= bus rubeſcente ac exuſto , in fari= námq; tuſo.quod ad differentiam

puto hydrargyrō dixiſſe Plinium. Quam bifariá parari ex eodē ſuprà monuimus. Cũ vtraq; ratione fiat & ex vero minio quoq;, ſed niſi exuſto hoc lapide nō ante extrahit́ hydrargyros. quod autē ex Hiſpania, aut (vt mauult Barbarus) Iberia, importabatur Romá, minium, coctione prius (vt videtur Plinius indicare) perficiebatur. hoc tēpore miniũ nō excoquunt, vt notat Georgius Agricola, timētes ne totũ in argētũ viuum ſoluatur. Ex ijs tot argenti viui differentijs medici olim factitio vtebantur, haud ſcio qua ducti ratione, neq; ſtatuere poſſum ex ſecundario ne facto, cũ id tantũ Dioſc. ſcribat ex minio fieri, quod falſò cinnabaris dicitur, & ſimilem, quam Plinius, cōficiēdi eius viá ſequitur. Cúmq; planum ſit Galenum ac Paulum ex mi

nio præparati duntaxat meminiſ-
ſe, Muſa natiuo mauult vti. Ego
exiſtimo factũ illud non tã craſſa-
rum eſſe partium,quòd ſublimatũ
veluti confletur, aut vero plyſma-
te ex aceto ſit concinnatum, quæ
duæ ſunt corrigendi natiui ratio-
nes. lubens tamen eius abſtinerem
extractione, quod fit à ſecũdario,
quia plumbi naturam puto reſipe-
re, quod ſterili illo plumbari cura-
tur, vſtrinámq; flagitat: & aliud,
meo iudicio, propius ad argenti
naturam accedit. Sed de argento
viuo, minióq; ſatis iam multa, vnũ
addemus, cĩnabarim à Theophra
ſto multíſq; alijs minium etiá di-
ci, ob veri ac lybici ſimilitudinem:
vnde cinnabrium hodie quoq; di-
citur fictitium quiddá, de quo ſu-
prà in cinapro. In eo interiorẽ mu
tari formã nolunt, adeo vt per re-

ſiccationem quamcũq; non dege=
neret in aliud genus:cũ vel ex me=
tamorphoſi chymeutica redeat ad
ingenium,ita ab igne indomitum
manet,atq;(vt dixi)in tenore cõ=
ſtat.ſed neq; hoc neq; ſulphure cõ=
crematũ ſi reapſe cremari poteſt
(quod à corylo tantũmodo fieri di
citur)eandem in medendo retinet
facultatem.Porrò mina, quæ ho=
die ita appellatur, pallidius quid=
dam eſt:quod ex plumbo chymiſti
ca quoq; paratur induſtria. Obi=
ter hic admonendum duxi Plinij
locum in minij adulterati depre=
henſione, in omnibus quos quidẽ
viderim libris,corruptum mihi vi
deri:vbi hoc modo legiť: ferri cã= „
dentis lamina ſi non ſit aurum de= „
prehendi illico.Vbi purum,vnius
literę permutatione,legendum cẽ=
ſeo,id quo modo fiat,vnus Victru

„ uius manifeſtè docet:Ferrea(inq̄t)
„ lamna ſumatur,in ea minium im-
„ ponatur,ad ignem collocetur, do-
„ nec lamna cãdeſcat,cum è cando-
„ re color immutatus fuerit,erítque
„ ater,tollatur lamna ab igne,& ſi re
„ frigeratum reſtituatur ad priſtinũ
„ colorẽ, ſine vitio ſe eſſe probabit:
„ ſin autem permanſerit nigro colo
„ re,ſignificabit ſe eſſe vitiatũ. Sub-
olet mihi cauſam mendi ſimilitu-
do illa auri,quam Plinius ſuprà ijs
„ verbis attulerat:Auri modo proba
„ tur,auro candente fucatum nigre
„ ſcit,ſyncerum retinet colorẽ.Dein
„ ceps de minio ſubiungit:Inuenio
„ & calce adulterari,ac ſimili ratio-
„ ne ferri candentis lamina,ſi nõ ſit
„ aurum,deprehẽdi.quod doctis ex-
cutiendum relinquo.Sequitur , vt
argenti viui noxas tollamus.quod
equidem accepi ex oſſe cuiuſdam

corrupto,quem perunctum ab Em piricis plus decies ferebant,non semel emanauisse. Corrumpi autem ossa,nobilium dentes matronarũ hoc fuco nitorem quęrẽtium probant.narrant etiam magnam huius vim ab ijs,qui aurum argento inducentes paralytici propemodũ facti sunt,in balineo extrahi: quã extractionem impostores quidam vulgò profitentur,qui medicamẽto nescio quo elicere se posse totũ è corpore argẽtum viuum ad ostẽtationem non dubitant affirmare: qui à doctis interrogati, sit ne aliquod medicamenti genus quod vt magnes ferrum , ita viuum ad se argentũ possit rapere:respondent, esse quidem , sed proferre versuti homines recusant,ac nos auersan tur:& potentibus,auro fieri in aures insusurrant,quo pluris sua ven

dant remedia. Ex quo licet conij-
cere, aurum argento viuo familia
re ac cognatū eſſe: ſed hoc potius
aurum in ſe corripit, quàm con-
„ trà, dicente Plinio: Omnia ei in-
„ natant præter aurum. Id vnum ad
„ ſe trahit. Quare ſuſpectum eſſe po
terit quod apud Dioſcoridem le-
gitur cum certa quadam velut pa
rentheſis notula, qua vt obeliſco
ſpuria confodiuntur: ῥίνησμα δὲ χρυσοῦ
τουτέστι ξύσμα λεπτότατον, πινόμενον ὑδραργύρου
ἐστὶ θαυμαστὸν βοήθημα. Sed vt argento vi
uo aurum potum remedio ſit, non
cōtinuo ſequatur, hoc illud attra-
here. Amplexatur certè aurum hy
drargyros ita palàm, vt cū ei inna
tent cuncta, ſolum aurum conſe-
peliri conſpiciatur: quóq; id foue-
at melius, ſic ipſi firmiter hærere
gaudet. Neq; verò in cauſa eſſe di
xeris auri grauitatem, de cuius pō

dere nihil hæſitamus, vt locum mihi habere non videatur, quod Victruuius tradit, non amplitu- ,, dine ponderis, ſed genere ſingu- ,, larum rerum grauitatem eſſe non ,, negandũ, ſed audiamus quæſo mi- ,, raculũ: Cum ſint (ait ille) quatuor ,, ſextariorum menſurę (ex argento ,, viuo) cum expenduntur, inueniun ,, tur eſſe pondo centum. Cũ in ali- ,, quo vaſe eſt confuſum, ſi ſupra id ,, lapidis centenarij pondus impona ,, tur, natat in ſummo, neq; eũ liquo- ,, rem poteſt onere ſuo premere, nec ,, elidere, nec diſſipare. Centenario ,, ſublato, ſi ibi auri ſcrupulus impo ,, natur, non natabit, ſed ad imum ,, per ſe deprimetur. Cuius ipſe rei periculum facere veréq; iſtud ex- periri cupiens, in argẽtum viuum vulgare plures monetæ aureæ ſpe cies indidi: nullam tamen ex ijs

pessum ire vidi, vt nõ aliud suspicarer obstare, q̃ argentum vel æs auro mixtum, quo minus degrauarentur: quomodo fit in pumice, qui ob meatuum raritates aërem concipiens in aquis non submergitur, cum tamen lapidis natura in profũdum statim deuoluatur. tradunt itẽ in massa plumbum agglomeratũ desidere, in laminã verò dilatatum innatare. Ac fortasse in quo rem experiebar argentum viuũ plumbo affuso, quod fieri audio, adulteratum erat, aut quod verius esse puto, quo id fiat, aurũ cõmitti fusum oportet. nihilo secius tamẽ quicquid auri est, vndiq; amplectitur, qua nimirum parte id tãgit, séq; illi ita adiũgit, vt nisi igne non fugetur. Quod naturali quodam fieri consensu, quam sympathiam vocant, arbitramur: quem-

admodũ ad grauiſſima quæq; one
ra vna palma nũq̃ deprimitur,nõ
quia robur illi, Ebeno vel quercu
ſit firmius : ſed quòd lege naturæ
illi cõceſſum ſit,vt reſiliat ad pre-
mentia.ſic ſcrupulus auri grauita
te quidem ſua centenarium argẽti
viui pondo nõ ideo diſſipat,quòd
id prægrauet, ſed quòd ſocietatis
eius amore argentum viuũ ſecum
illud ire cogat.Neq; tamẽ negaue-
rim, ſingularum rerum grauitatẽ
genere ſuo conſtare, cum palã ſit
etiam minimum ſaxi fragmẽtum
ex infinito aëre in terram præceps
decidere,& aquas permeare,ex iiſ-
q; in vadum delabi. ſed contem-
platio huiuſmodi alterius eſt loci.
Hic tãtùm habui affinitatem au-
ri argentíq; viui oſtẽdere,ne quis
poſthac exiſtimaret argentum vi-
uum ad auri attractũ cõmeare,ne-

dum argento viuo aurum eſſe grauius. Quod tantũ abeſt vt fatear, vt etiã ſim aſſenſus Dioſcoridi, ꝙ illud interanea diſrumpens diſſipánſq; pondere ſuo perimat. Nam & argenti ſpuma non alio modo offendit. aurum verò quamuis copioſum, intus ingeſtum grauitate ſua nocere nondum eſt deprehenſum. Aduerſus autem argenti viui epoti noxas priuatim valere lac copioſum etiam bibitũ, ac vomitionibus deinde reiectũ, ſcribit Dioſ. Quã ob cauſam ætatis noſtræ medici lac caprinum vel aſininũ ſecundũ argẽti viui illitus non inepte imperauerunt. Ego tamẽ quia vomitionibus reijcere iubẽt antiqui, ad alia me remedia malui cõuertere. Nempe cũ heraclide ſiſerẽ dedi, q cõualeſcentibus & ad vinũ redeuntibus fit vtilis: etiãſi me

rũ hic plurimũ posse existimet,vt eã ob rẽ putẽ dixisse nostrũ poetã:

Tempore non alio generosi pocula Bacchi ,,
Annuerim sumenda tibi,purũq; phalernũ, ,,
Et chia,& pateris spumãtia rhe tica largis ,,

Potest & altera causa afferri: quod multa fiat in perunctione spirituũ exolutio, qui rectè vino reparantur. Ex quo illud oraculũ: Quæ ,, longo temporis spatio extenuata, ,, lentè reficienda esse: quæ breui, bre ,, uiter. Porrò autem decoctũ lini & ,, ormini Dios. prodesse commemorat: vt ijs ab illitu totũ lustrari corpus non intẽpestiuũ iudicẽ, quãuis ille author argento viuo tantum epoto id auxilij ascribat, sic semen vrticæ cõfert, vinũ quoq; ex hysso po, origano, & absinthio efficax prędicat. Itaq; vltima cura sit his etiã totum corpus abluere ac velut expiare. Ad quæ si ea adiũges, quæ

artuũ compagines cõfoueant,quoniam exangues ſunt eæ partes,ac facile natiua imbecillitate fluxiones excipiũt;nõ aliud profecto pręſentius queat remediũ excogitari: & ſi quando vſu venit,vt in ſuffimẽtis ac thyomatis ex ſublimato ac minio(quod miror tentatum, cũ Plinius tradat,qui miniũ in officinis poliũt,faciẽ laxis veſicis illigare, ne in reſpirãdo pernicialem puluerẽ trahant)auram venenatã aperto & hiante(vt fit)ore ęgroti exceperint,ſiue etiã puluiſculo illo chymico vſi fuerint, inſequẽti ſtatim die cryſtallo tenuiſſimè pertrita ex amygdalino oleo recẽs expreſſo, periculũ ſi quod inde impẽdet,propulſare tanq̃ amuleto pſentiſſimo ſoleo. Quin etiã noui,q diceret fuſione cryſtalli, quod plũbo vſto,fieri tradũt,viui argenti ſubli

mationẽ ita ſe correxiſſe, vt nihil prorſus incõmodaret. Cuius rei fides penes authores ſit, in me quidẽ certe nollẽ experiri. Vincit aũt omnẽ operã impenſámq; diuina proculdubio medicina, neq; vnq̃ ſatis laudata, niſi cõtaminaret verè pura ligni ſancti potiũcula. Adeo delet labes omnes, vel ſua ſpõte à morbo, vel ab argẽti viui perũctionibus cõtractas, vt ne veſtigiũq dẽ relinquat vllũ, ſed purgantis ignis more expiet. De cuius cęleſti natura ac dote deinceps tractabimus.

De ligni ſancti dote, natura, & viribus.

Quid ſit lignum ſãctum, quatenus ab Ebeno differat, quale & q̃ multiplex ſit, ſuperius attigimus, vt nihil opus ſit longa oratione lectores fatigare: priuſq̃ tamen ad vim eius ac naturã aggediamur, dotẽ & electionẽ perſequemur. Nã

quicunq; hac de re ſcripſerũt, non ſatis fideliter eius retuliſſe cõmendationẽ vidẽtur, cũ guaiacum omnibus anteponũt, vt eorũ teſtantur deſcriptiones. Ex guaiaco aũt pręſtantiſſimum putãt, vt ait Huttenus, in quo q̃ plurimũ nigri eſt, ſic ex ligno ſancto materiã fuſcam & flauã deligũt, addunt de ijs quidã cũ maxima medullari parte nigra. Cuius etiã corticẽ melioris notæ pullum exiſtimãt, qui guaiaco firmiter obhæreat. Nã in palo ſãcto nõ ita agglutinatur, & cinereo potius viſitur colore q̃ nigro: tametſi ſunt, qui non tantum virium tali tribuunt materiæ. Eſt etiam palus puſtuloſus magis & penè buxi cortici ꝓximus, in guaiaco verò ineſt velut lęuor qſpiã, dicente Syphili:

„ I*n cortice lauri* Exteriore *viret læuor*.

Qui cortex profecto nõ ita den-

ſus,immodicè durus eſt. Iam palus quo minus in corde atri exhibet, hoc prę ſtãtior, de guaiaco contrà ſentiũt indigenæ (vt certò ipſe accepi) pali autẽ præſẽtius ſẽper præſidiũ animaduerti. Cauẽdũ tamen ne buxo fallamur, cũ vtriuſq; materies aquis ſidat: hic craſſiore q̃ buxus eſt cortice. Quidã ex ijs qui de Gallico morbo ſcripſerunt, croceũ (vt crepat) lignũ infirmius cenſet, & pueris mulieribúſq; ſanãdis accõmodatũ, *Cuius naturam (inquit) vímq; cum nemo ſatis deſcripſerit, ad vnguẽ cognoſcere quis poteſt?* Equidem vt finitimas eſſe vtriuſq; ſpecies non inuitus fatebor, ita guaiaci tenues eſſe ſurculos negabo, quod ſibi nõnulli perſuaſerunt, quia diuerſum habet guſtũ ac odorẽ, neq; vt illud reſinaceũ quiddã pinguéq; incẽſũ ſudore profũdit: niſi fortè id acci-

dit ex regionũ varietate, de quo nõ ausim aliquid ipſe ſtatuere, ſed ad eos q huiuſmodi inſulas viderũt, rẽ totã referendã puto. Ex quibus alius caſtaneæ, alius oliuæ ſpeciẽ fructui attribuit, videlicet in re nõ ſatis, vt videtur, illis perſpecta. guaiacũ verò, quod q̃maxime eli-gendũ eſſe dicũt pingueſcit, & pon dere præſtat: cuius ſenectã, tũ ma-credinẽ, tũ leuitatẽ eſſe recte opi-nãtur. At palus ſãctus vix pingue ſcit, nec reſinaceum ſpirat, adeò vt ne ab inflãmato qdẽ defluat quic-q̃, grauis tñ eſt etiã vſq; ad miracu lũ: nã & minutiſſime conciſus, vt diximus, haud ſupernatat. Recẽtẽ porrò volũt ab inciſionis tẽpore, veterẽ aũt ab ortu, ſiquidẽ craſſio-res truncos prȩferũt. nos arborẽ in tegræ ætatis quæreremus, quæ tũc maxime in ſuo cõſiſtit vigore, &

viriũ firmitatẽ habet, dũ ſucci bo-
nitate turgeſcit. Nã ſenecta plãta-
rũ ad auanſim, vt græci dicũt, ver-
gẽs, earũ vires imminuit, infirmita
téq; diſtabefacit: cõtrà iuuẽta ad-
huc tenella molliórq; eſt, q̃ vt in
maturũ pfectúmq; ſuccũ, immiſſũ
nutrimẽtũ percoquat: tenuis prętе
rea eius alimonia eſt ac vegetabi-
lis, quã ferè mittit ad incrementũ.
Quare tũ materies decerpenda, cũ
iuſtã ſibi magnitudinẽ acqſiuerit:
neq; tñ ampli caudices expetendi,
aut trũcus arboris radicibus pro-
ximus, quod in guaiaco ferè fit: ſed
neque ſurculi exiles, in quibus hu-
moris plenitas cito inareſcit: quẽ-
admodũ in illis propter vaſtitatem
vernaculus ſuccus magis magíſq;
exhauſtus, minor fit indies. Quam
ob rem maiuſculi ferè rami cędendi,
qui ſuccũ ſibi datum à natura co

piosũ aliquãtiſper in iuſta craſſitie cõſeruãt, vel emori certe in ea cõditiõe ſanię̃ nõ patiũtur, materię̃ve corrũpi qualitatẽ. Cęterũ qui radices putãt meliores, nę illi aliqua moueri ratione videntur, & ijs fortaſſis interdũ vtũtur indigenæ: an quia plus ſẽper in illis etiã recẽs excisis ſucci inſit, nõ dico. fieri enim poteſt, vt certo tẽpore ligneſcant, minúſq; ſucci genitalis obtineãt, quomodo apud nos in arborũ quoq; radicibus veris tẽpore ſolet obſeruari. Vere (inquit Vict.) arbo-
„ res fiunt prægnãtes, & oẽs ſuę pro-
„ prietatis virtutẽ efferũt in frõdes,
„ anniuerſarióſq; fructus. Vis igitur
„ (vt ita dicã) amoris in radice nequit eſſe eo tẽpore, quę in frõdes ac caudicẽ abſumit. ꝙ ſi reflectat in crus radicibus vicinũ huiuſmodi amoris gratia, vt ab ſurculorũ ca-

lore per medullã nequeat pertrahi, ſtolones huc cõuerſo humore permulti prorepẽt. At ſi verũ eſt in palo, quod de guaïaco Syphilis ſcribit, vix mihi locus radicis in vſum adhibẽdæ reliqui videatur. ait enĩ:

Ipſa teres ingẽnſq́ ingentẽ vertice ab alto
Diffundit ſemper viridẽ ſempérq́ comãtẽ
Arbuteis ſyluam folijs.

Id etiam buxo familiare eſt cum alijs quibuſdam inter ſylueſtres arbores, folia vt nõ amittat. Igitur ſi ſemper ad eum modum lignũ ſanctũ viret, par eſt ei alia ſubinde folia ſuccreſcere: nõ enim ijs, quæ retinẽt comas, eadem folia durant: proinde vt inareſcãt vetera, circa ſolſtitiũ euenit. Quãdo ergo radicis vſus erit, pullulantibus identidem ramis? quod intelligẽs idem poëta, ramo ac robore potiuſq̃ radice ſacerdotẽ luſtrare laborantes finxit quàmſcitiſſimè:

,, *Aſtabāt (ĩqt) animis triſtes & corpora fœdi*
,, *Squalētes cruſtis omnes, tabóq; fluentes,*
,, *Quos circunfuſos albēti in veſte ſacerdos*
,, *Pura luſtrat aqua, & ramo frōdētis hyaci.*
,, Et alibi, *Illa omnis, quã cernis, inops*
,, *miſerandáq; turba*
,, *Tacta deo eſt, veterūq; luit cōmiſſa parētū*
,, *Cui votis p̄cibúſq; pijs, numeríſq; ſacerdos*
,, *Conciliat vates diuos, & Apollinis iras.*
,, *Luſtrati ingentes ramos, & robora ſanctæ*
,, *Arboris aduectant tectis, libamine cuius*
,, *Vi mira ĩfãdæ labis cõtagia pellũt.* Iterũ,
,, *Continuò faciles nymphas ſolémq; precati*
,, *Intacti nemoris ramos, & robora ab alto*
,, *Cõuectare parant luco, medicatáq; ſumunt*
,, *Pocula, pro ritu gentis, quo munere tãdem*
,, *Contagem pepulere feram, &c.* In quibus nulla radicũ mẽtio multò quorundã opinione reliqua arbore fortiorum. Huc accedit, ꝙ quãuis illi radices vſurparẽt, vix tamẽ nobis idem cõcederetur, citius nimirũ q̃

rami, areſcẽtibus. Quas ob res me-
lius eſt ſucculentum & recẽs, quod
annum, ſi fieri poteſt, non excedat.
Sed vt tẽpeſtiua quoq; materies ha
beatur, etiã atq; etiam curandum.
Nanq; inter viros doctrina perce-
lebres cõuenit, cædendam tum ma
teriam eſſe, cũ ſub terra diſcurrens
luna fertur. Quando autẽ luna in-
fra terrã ſit, & quando ſupra, Con-
ſtantinus Cæſar docet, & authore
Plinio omnia quæ cædũtur, carpũ-
tur, tõdentur, innocẽtius decreſcen
te luna, q̃ creſcẽte fiũt. Lumẽ itaq;
lunæ ligna molliora facit, quęque
hac ratione ſecta ſunt, à putredine
incolumia permanent, quod Colu
mella nõ neſciuiſſe videtur, omnẽ
inquiẽs materiã ſic cęſam carie nõ
ĩfeſtari. Sed an ad iſta barbari qui
lignum ad nos dimittũt, aduertãt,
ij viderint, qui curioſe ſimilia con

ſectantur, ſuo fortè ritu nobis illa cædũt robora. Mihi tamẽ magnoperè placeret, tum ramos deijci, cũ vigent maxime, cúmq; ad eos omnis ſe virtus cõuertit: quod mihi tunc cõtingere videtur, cũ fructum ad maturitatẽ perduxerĩt. ſicuti & flacceſcente frõde radices ex terra in ſe ſuccũ recipiũt, ſic in maturitate fructuum anteq̃ folia ſurculíq; marceſcant hauriendo ſucco reficiuntur, vt plenitate vigeãt. Quod Vict. non videtur ignoraſſe de cædenda materie, cuius ſunt hæc verba: Edito fœtu, quod prius in aliud genus decremẽti detrahebatur, cũ ad diſparationẽ procreationis eſt liberatũ, inanibus & patẽtibus venis in ſe recipit, & lambendo ſuccũ etiam ſolideſcit, & redit in priſtinam naturæ firmitatẽ. Id quod idẽ autũno tradit accidere. Si cui ve-

rò collibitum foret teneros ſectari coliculos,& turiones,melius id vere conſequeretur. Atq; hæc de electione lõgiora fortaſſe. Ad quam addes,ea quæ ſuprà de naſcẽdi locis cõmemorauimus. Deinceps ligni naturã & tẽperiem inueſtigemus:cuius qui qualitates ex guſtu, odore,viſu, & actione,quã in corpus edit,rimati ſũt,in calido & ſicco dominari ſtatuerũt. ſed viſi ſunt tamẽ interuallis inter ſe diſſidere, dum vnus calidũ in ſecũdi ordinis, qui tertio proximus ſit,numero facit:ſiccũ verò in primo , qui ad ſecundum accedat: Alter in ſecundo ſtatim caliditatis abſceſſu cõſiſtere, nec ad clauſulam huiuſce metæ vult pertingere,ſiccũ etiã in priore numeri interuallo ſeu gradu cõtineri. Adeóq; inter calida medicamenta, ꝙ tẽperatiſſimæ ſit naturæ

non dubiũ. Nam & eius elixati ius, magnũ corpori alimentũ præſtat, nec calidius eſt, q̃ par ſit: & vt videatur manifeſtè picrocholos bilioſæq; naturæ homines calfacere, in æquabili tamẽ ac quadrata habitudine ægrè vllam oſtẽdit alterationem: ídq; pluſculo etiã tempore, præſertim ſi admodũ tẽperatam eius ligni potionẽ, ex flaua ſcilicet cõfectam materia, ſumpſeris. Nã pars ea, quę aliquo interdum arboris loco nigreſcit, amara perſentitur: ideóq; reliquis partibus calidior meritò iudicatur. ſed hanc ligni qualitatẽ indigenas etiã in palo reſpuere, non ſecus atq; corticẽ, qui ſimiliter amaricat, fando nuper ipſe cognoui. Et nos magno ſemper ſucceſſus profectu id ſequuti ſumus, vt ad eam vſq; partẽ deſculpta fruſta in ſcobem elimare-

mus,quicquid nigri occurreret,re-
ijciẽtes. Qua ratione nõ aſperá,at
faſtidij expertem prę ſtabamus po-
tiũculam: vt neq; glycyrrhiza,neq;
melle aut ſaccharo, vnq̃ fuerit o-
pus. Ac quid attinet ſiccũ vel cali-
dum reddere medicamenti genus,
quod ſuapte agere ꝓprietate,quæ
vel ſubſtantiarũ ſimilitudinẽ, vel
miſtionẽ ſequitur,natum aptúmq;
eſt? Quod ita eſſe nõ latuit vnũ ex
ijs, qui de Gallico morbo dialogũ
cõpoſuit: *Cum ſit (inquit) omnibus per-
ſuaſum reſinas omnes oleúmq; fundentes
arbores caliditatis & ſiccitatis eſſe non ex-
pertes, idẽ de hac arbore poſſumus aſſigna-
re. At hoc vtcunq; ſit nõ laboro modo. Nã
à proprietate, vt aſſeruimus, in huiuſmodi
morbo videtur agere.* Hæc ille. Nõ ne-
gauerim tamẽ, quin ex primarum
etiam qualitatũ cõditionibus agat
aliquãdo. Sed multò agit vehemẽ-

tius ex vi illa interiori,quã ſubſtã-
tialẽ vocant formã. Nẽpe affectus
calidos iuxta ac frigidos,& humi-
dos perĩde vt ſiccos,diſcutit. Qua
vtiq; ex re tẽperiem eius maximè
cognoſcas. Nã(quod mirũ eſt)ma
cilẽtos ac graciles pinguefacit,ex-
inanit obœſos,ſtringit & laxat a-
deò,vt aluũ quoq; reſoluere puluis
eius põdo denariũ triginta dictite
tur. Infantes itẽ peræq; ac ſenes,&
tam viros q̃ mulieres adiuuat,atq;
hęc omnia moderatè citráq; vllam
moleſtiã,aut corporis iacturã effi-
cit. Quocirca tẽperatã eius eſſe na
turã pernoſſe conuenit,ne quid de
guſtu aliíſq; qualitatibus aduenti-
tijs,quas accidẽtarias vocãt,adno
tẽ. Iã quos effectus ꝑducat,quóſq;
morbos curet, non neceſſe habeo
quicq̃ cõmẽtari poſt eruditiſſimũ
Huttenũ,qui iudicio doctiſſimorũ

vſus medicorũ,eorũdémq; experiẽ
tia fretus, omnia in guaïaco per-
ſpexit ac ptractauit. Quãdoquidẽ
certũ eſt nõ minora,ne dicã maio-
ra,guaiaco,in curãdis morbis ma-
xime pertinacibus,potiſſimũq; luẽ
iſtã reſipiſcẽtibus palũ ſanctũ edi-
diſſe miracula. Nã quos ratio non
reſtituit, diuina hac medicatione
propè ſola perſanãtur,vt nũc per-
uagatũ ſit,difficiles morbos omnes
iſti labi minime affines, nihílve
eius retinẽtes,hac vnius ope deleri.
Sed prò hominũ fidẽ,variã appa-
randi huius rationẽ hãc ad rẽ eſſe
volũt,ne diuerſos videatur vna me
dicatio curare morbos, interímq;
cõtrarios:cũ cõtrariũ non accipiat
ſuum cótrariũ, vt Auerroes, cuius
& hoc documẽto fulciũtur,Cõtra-
ria poſſe in eodẽ cõtĩgere obiecto,
alterũ in intẽſo, alterũ in remiſſo,

Quos hercle miror nō intelligere maius & minus nō immutare speciem. Præterea quid est ꝙ, qui hæc tradit, ex Auicēna admisit: *medicinā in duobus cōtrarijs expertā, alteri eorū per se, alteri per accidēs conferre, vel alicuius eorū cōplexioni cōtrariā non existere*, ídq; in decocto quod fit per vinum. Ecquis istum quęso Ganimedem dijs nectar ad hūc modum miscere docuit? Nēpe Hebe, quę à deorū iāpridē poculis fuit, nō vt nouitius iste nunc primū ab Ida raptus pocillator, tēperare solita, sciebat scilicet dea à tota substātia arborē agere, eiúsq; curandi modū per epicrasin absolui. Est autē epicrasis (vt docet Gal. Therap.) cum id quod vitiosum est paulatim vacuatur, & in eius locū, quod est salubre reponitur. Qua curādi ratione ipse vtendum existimat, cū indicationes si-

bi repugnãtes incertã ſuccurrendi faciũt rationẽ. Quis autẽ nõ videt ſudoribus vitioſos ſuccos exinaniri, & ſalubres, ligni cum calore noſtro familiaritate, reponi? Cum vel iſti, qui viribus eius reclamant, cõfiteantur hãc potionem nihilo minus nutrire, q̃ ius pulli coctione cõſumpti. Et Ferrus dicat: *arcere atq; expellere à corpore omne aduerſum officiens extraneũ.* Ad quæ addo, lignum hoc membris principalibus robur adiũgere, & ex epicraſi in natiuam aut etiã meliorẽ tẽperationem reſtituere, vt hæc demum medicina τῶν θεῶν χεῖρες dici mereatur. Quorſum ergo nouam induxit ligni tẽperationẽ? An chamæmelon, quod cum noſtro calore, ſua tepiditate conſpirat, inalterari miſtione poſtulat ad epicraſin? Nolo pluribus agere. omnibus, opinor, ratio no-

ſtra cognita eſt, etiã in re quæ ni-
hil minus, q̃ ex ratione operatur.
Suprà enim cõſtituimus in Hiſpa-
nica ſaltẽ lue abigẽda, ſolam agere
proprietatẽ, in cæteris quomodo
tẽperaretur ſuperuacaneũ, imò pla
nè ridiculũ fuit oſtendere: cũ qui-
uis, qui primoribus (vt dicitur) la-
bijs medicinã guſtarit, ex cauſarũ
morbi imprimíſq; affectus ipſius
ac cæterarũ indicationũ ratiocina-
tione, tã variã ac multiformẽ per-
miſcẽdi ligni viã introducere po-
tuerit. Errata verò egregij, dicam
ita, pincernæ, quæ (conceſſis etiam
omnibus quæ poſtulat) de natura
arboris, de victu cũ regulari tũ re-
ſumptiuo & reliquis pmulta ſunt,
cõſultò prætereo. Satis enim arbi-
tror in præſentia rectũ apparandi
ligni modũ tradere, quod quidam
ante me feliciter aggreſſi ſunt, im-

primíſq; Huttenus, vir certè lõgiori vita dignus, qui in guaiaco ſcitè modũ omnẽ, nõ ita à noſtro (quo quidẽ ĩ palo vtimur) differẽtẽ, perdocuit: ſed miro quodam cõpẽdio Syphilis, cuius verba nõnulla ſubijciemus: *Validos abiecto cortice ramos* „
Multa vi tundũt, aut in ſegmenta minuta „
Elimant, puróq́ ſcobes in fonte reponunt, „
Dũ bibulas noctẽ q́ diẽ q́ emaceret humor. „
Inde coquũt, nec non illos ea cura fatigat, „
Vulcano ne fortè furens erũpat aquæ vis. „
Cętera deinde perſequitur, in quibus tametſi rectiſſimè corticẽ abijciat, tamen neq; ligni neq; aquæ docet modum. Quare facturũ me operæpretiũ puto, ſi exactam proportionẽ qua annos ab hinc duodecim vſus ſum, indicauero. Nam decoctionis modum, quem tamen haud ſequor, ille non tacuit.
Dimidia abſũpta ſupeſt quodcũq́ reponũt

Diuini laticis. Et hæc quidem in gua-iaco, verũ ad ſancti pali excoquendi rationem tranſeamus.

De præparatione ligni ſancti perpetuò & vbiq; ſequenda, quídq; in eius vſu ſeruandum.

Electo igitur ante omnia palo ea quã prȩſcripſimus ratione, q nihil (ſi fieri poteſt) nigri habeat, & buxi colore palleat, ſítq; è maiuſculis ramis & quã recentiſſimis, tũ ex ora temperatiore, vt diui Ioannis, aduectus: cuius delibrato exquiſitè cortice, q & ipſe puſtuloſus aut verrucis aſper, & colore leucophæo, ſpiſſóq; ſatis ſit cõcremẽto, materies vel deſculpatur, vel in ſcobem elimetur, nigra parte intacta: & ſi nõ ſatis in lȩuorẽ perducta videatur, pila tundatur q̃ nitidiſſima, tenuiſſiméq; perteratur: quod tamẽ nihil referre nõnulli putant, mihi

verò (vt in rigidiſſimo robore & ſidente) intereſſe plurimũ videtur, quo penetratu facilius ſuũ profu=det vndiq; cremorẽ. Quin etiam ad aſſequẽdũ exactũ læuorẽ cribro prędẽſo ſuccerni iubeo: neq; veren dũ eſt, ne vaneſcat aut deſpiret ex eo vis aliqua, ſiquidẽ ſolida & prę dura alterationibus validiſſimè ob ſiſtunt, & ĩ farinas pinſita faculta=tes ſuas exerunt efficacius. Ex eo itaq; puluiſculo põdo librã cũ ſex=tarijs ſex defęcatiſſimę aquę pręſer tim pluuię quę ĩueterata deſederit (eſt enim hęc tenuior alia quauis atq; elaboratior) macerari diẽ cũ ſua nocte patior. Romanum autẽ intelligo ſextarium, qui duodecim cyathis (vt notũ eſt) conſtet, ſingu los porrò cyathos ſeſquũciã men=ſuralẽ continere cũ ſextãte vnciæ, cũ minimũ cenſeo, quã vnciã mea

obſeruatione quadratũ eſſe pollicẽ ſtatuo. Qua ratione ſextarius viginti ferè menſurales cõprehendit vncias. Quare decocti iuris cõpoſitio ad tres abſcedẽs ſextarios triginta ſex reddet cyathos in quatridui vſũ. Sed hac de re paulo pòſt. Aquam porrò pluuialem cũ expeto, nõ ſolũ ab alijs diſſidere videor, qui vel fontanã, vel fluuiatilẽ, vel etiam puteanã tantũ vſurpãt, verũ etiã à Gale. dogmatis in totũ deficere: qui quarto ſanitatis ſuſtentãdæ, quo loco apomelitis cõfectio-
» nem docet: Poteſt (inquit) qui vo-
» let, & ex pluuia aqua id conficere.
Ipſéq; ſi pluuiam aquã probarẽ, id ſuaderem. verũ nec ipſam probo, & nihilo eſt deterius, ſi aceſcit. Et
» de fontana aqua ſubdit: Cura con
» ficiendi in eo eſt, vt nec fauus ad-
» modũ ſit vitioſus, coquatúrq; be-

ne in fõtana aqua,quæ & pura ſit & dulcis. Itaq; nõ fuerit alienum pauca hoc loco de aquis attinge-re.Nam quod me maxime in hãc trahit ſententiam,vt cæleſtẽ aquã cæteris hac quidẽ in re anteponã, cũ Victruuij, tum verò Colume-læ efficit authoritas. Scribit colu-mella,Colligenda aqua tandẽ plu„ uialis,quæ ſalubritati corporis eſt„ accommodatiſſima:ſed ea ſic ha-„ betur eximia, ſi fictilibus tubulis„ in contectam ciſternã deducatur.„ Addit,Ex quo cæleſtis aqua maxi„ me ſalubris intelligitur,quòd etiã„ venenati liquoris eluit perniciem.„ Ad quæ ſi noſtri animum attende rent,quamfrequentes in noſtram irent ſentẽtiã.Verùm non defutu ros canes lucernarios, quos græci λίγνους vocant,ſcio, qui nos adlatra bunt, quòd rationalẽ medicinam,

cui tamen à pueritia impenſe dediti fuimus, hic nimium conculcare videamur. Quos non vehementer pertimeſco. Sed ſatius eſt ad Vitruuiũ deſcẽdere: cuius hæc ſunt
» verba: Quę ex imbribus colligitur
» ſalubriores habet virtutes, eo ꝙ
» eligitur ex omnibus fontibus leuiſ
» ſimis ſubtilibúſque tenuitatibus.
» Deinde per aeris exercitationem
» percolata tẽpeſtatibus liqueſcẽdo peruenit ad terram. Quin etiã Aëtius ex Rufo, aquarum, quę bibuntur, quinq; omnino tradit differentias: pluuialẽ, fontanam, putealem, fluuiatilẽ, & ſtagnantẽ. harũ omniũ pluuialem eſſe leuiſſimã, & facile tranſmutari, atq; alijs quidem affectibus accõmodatiſſimam, ꝙ celerrime tranſcoletur, ac trãſeat. febri verò eíq; diſpoſitiõi quę cholera dicitur, & arquatis inutilem.

Nã quia facile vertitur, facile etiã in bilẽ transit. Verũ eius quoq; noxas ab eodem explicatas enumerare ne reformidemus: quo intelligatur qua re Gal. cõmotus, hanc tantopere repudiarit, tametsi nõ vbiq; respuit, sed in apomelitis tantũ compositione. Quod non pluuia, sicut mulsã aquam, sed quauis alia vult fieri, nihilo deterius apomeli dicẽs si acescat, quod in hydromelite inueterato constabat accidere. Atq; hæc etiam expendentes videãt q̃tum incõmodare huic tãto malo possit. Ait igitur Aëtius, Lippientibus destillationis aut vlcerũ ratione opitulatur. Abstineant ab ea qui acutè vidẽt, neq; ad medicinas metallicas abluẽdas eligatur, plus enim habet constipationis, q̃ fontana: ideo neq; abstergit facile, neq; coquit, neq; madefacit, &

excretiones impedit : quòd ſi ali-
cubi morã traxerit, magis adhuc
conſtipat,tardioríſq; tranſitus fit,
egeſtiones detinet,tardius conco-
quitur,diſtribuitúrq; , deſtillatio-
nes gignit,præſertim ſi frigida bi-
batur.Hæc tã multa fortaſſis Gal.
ad eius improbationẽ adduxerũt,
ſed plura his Plinius cap. 3. lib.tri
ceſimi primi recenſet,quæ ſi cui li
bet legere, locum indico . Nam is
intereſſe vitæ putat,ſi leuitatis ar-
gumẽtum refellat:cum ſubire & in
cælũ lapides appareat . At leuitas
non eo metienda,quod pepẽderit,
aut nullo penè ponderis momen-
to , vt Plinius credidit, ſentiatur.
Qui deprehẽdi aliter,quàm ſenſu
vix poſſe leuitatẽ eius aſſeuerauit.
Imò vero pulchre iudicatur ex eo
quòd cõmutari prompta ſit,citóq;
permeet,nec vẽtrẽ grauet, vt Gal.

Aph.cõmẽt.vicesimo sexto: Quare facilem ostendit alterationem Hipp.cum dixit aquã,quæ cito calet citóq; refrigeratur, leuissimam esse. Per lancẽ enim procliue esset leuissimas aquas ponderare. Etiãsi quosdã statera iudicare, frustrante diligẽtia, Plinius tradidit: quia per rarũ sit, vt leuior sit aliqua. Quod ab omni veritate abhorret. Cum alijs alias sordidiores, magísq; terreas, ac cœnosas esse certũ sit. Cęterũ cęlestis aqua ꝓfectò si qua alia, ea habet merita, quæ ex Hipp. suprà adduximus, vt cito caleat, & citissime perfrigescat, quod cum Pliniana discrepat ratiõe: Qui aquã pluuiam idcirco celerrimè calefieri putat, ꝙ sordium inesse plurimũ sentiatur. Quod si volumus cõfiteri, celerrimè refrigerascere negemus oportet, nã sordes caliditatis

ſunt retinentes. At experientia cō=
probatum, pluuiā refrigerari qua=
uis fontana citius: quo minus mo=
uere nos debet, quod obijcit, ca=
dénſq; inficitur terrę halitu: quaſi
verò aſſiduo variarum rerum cō=
mercio nō multo plus fōtana pro=
currens perēníſq; tingatur. Atque
vt nos deterreat vehemen..ius, &
niualem, & glacialē appoſito grā=
dinum argumento, cum pluuiati=
li coniungit: è quibus peſtilentiſſi
mum eſſe potum conuenit. Quid
obſecro aliud facit, q̃ rationes ſu=
as dum probare ſe poſſe diffidit,
teſtibus vtitur nō neceſſarijs? nix
enim & glacies, qualitatis peccant
conditione, non tantū coacto ſub=
tilitatis craſſamento, Vnde Hipp.
Frigida qualis nix & glacies tho=
raci inimica tuſſes mouent, ſāgui
nem, & deſtillatiōes. Proculdubio

quod Gal. inquit, perfrigerato ab ijs cerebro deſtillationes oboriun tur. Vnde tuſſes, q̂bus & vaſa diſ= rumpuntur, & ab ijs ſanguis ma= nat poſtea. Sed quid attinet hic de aquarũ præſtantia diſſerere? tum quid ſcire opus an pluuia à toni= tru melior? Cum omnis ea diſputa tio ad frigidæ potioné pertineat, ob quam vocamur ad expertiões. Nã quæ coquuntur, quãuis vitio= ſæ ſunt, corriguntur, ſiquidem ma læ aquæ coctura fiunt præſtantio= res. Non deſunt tamen, qui negãt optimas aquas decoquẽdas, quòd corruptioni reddãtur opportunio res, id quod aquis vitioſis (vt aiũt) nõ vſuuenit. In quo nitũtur expe= rientia rationi conſẽtanea. Quo= minus audiẽdos recẽtiores arbitrã tur, qui ſibi perſuadẽt omné aquã crudã eſſe. Cũ aũt cruditaté huiuſ=

ce author opinionis in ſolis conſti
tuat vegetatis, & aqua elemẽtũ ſit
ſimplex , videtur ille quidẽ ratiõis
aliquid habere,ſed ei paucis reſpõ
debo:Plinij ĩ primis authoritate,
cui etſi de aquis nõ prorſus aſſen=
tior,adducor tamen vt credã verũ
„ eſſe, quod dicit,Omnẽ decoctam
„ meliorẽ eſſe cõuenit.itẽ,Calefactã
„ magis refrigerari ſubtiliſſimo in=
„ uẽto.rurſus,Neronis principis etiã
„ inuentũ eſt,decoquere aquam,vi=
„ tróq; demiſſã in niues , refrigera=
„ re: Ita frigoris voluptas cõtingit
„ ſine vitijs niuis . ſed quod obijci=
tur , coctã putredini magis obno=
xiam eſſe,minus ſanè mirandum.
Nanq; tenuior ita redditur, & ra=
rior,vt facilius cõmutetur argumẽ
to pluuiarũ aquarũ,quas celerrimè
(vt ait idẽ) putreſcere cõuenit,mi
niméq; durare in nauigatione.Au=

diãt autẽ Oribaſiũ de cõfectiõe ciborũ dicẽtẽ ad hũc modũ:Nõ ergo exiſtimet aliquis malam aquã eſſe quæ cito putreſcit. Quod enĩ cito mutatur, magis virtutis eſt q̃ vitij.ꝗ ſi quis cõtendat aquas ex decoctiõe craſſeſcere, quoniã vt(quidã volunt)ſubtile vaporetur,probabili quidẽ nitit̃ ratiõe,ſed minime neceſſaria.Ignis etenim cõmercio quũ ὁμογενέων aggregatio,tũ verò ἑτερογενῶν accedit ſequeſtratio. Quę cauſa eſt cur aqua ignis neceſſitate ſecernat à tenui, quod craſſum eſt,indéq; terrea pars corpori huius cõfuſa ĩ imo ſubſideat, & aqua pura relinquatur : quæ ſi natura lympida ſynceráque ſit,nihilominus rarefit ac tenuatur.Ex quo fit, vt citius frigeſcat.Itaq; qui pluuia carebant, hoc nomine ad mulſæ cõpoſiturã,aquam ad tertias prius

percoquebãt. Ac credibile eſt, imò vero proximũ, quod primò vapo-ratur, alienũ prorſus ab aquæ natu ra eſſe. Cruda ergo dicit aqua (nã elemẽtũ quãlibet actuoſũ, in natu-ræ ordine purũ nullũ dari poteſt) ſi nõ propriè, certè nõ minus appo ſitè, q̃ bilis, quæ ab Hipp. cruda, acris, ac male olẽs: quæ ſeroſi hu-moris acceſſu mitigata, cocta dici tur, ſed nos paulò ſumus in appel lationibus moroſiores. Adeo ſunt qui inficiãtur, quicq̃ coctũ dici de-bere, quod non fiat ad aſſimilatio nẽ: & non vidẽt Gal. alterationem quæ cõtundẽdis & cõtrahẽdis par-ticulis accidit, per abuſionẽ ſic co-gnominare permittẽtẽ. Verũ quid ijs facias, q ſuas nobis methodos iactare nõ dubitãt, cũ tamẽ omniũ ἀμεθοδώτατοι deprehendãtur. Nos ad pluuiatilẽ redeamus. Cæleſtis igi-

tur imber cũ facile trãſmutetur, ac tranſeat, vt dictũ eſt,magnã optimę aquę ſignificationẽ & indiciũ præbet, vel Gal.teſte in primo de Valetudine ſuſtẽtanda, dicẽte:Si præcordia celeriter trãſit,nihil eſt ꝙ magis idoneam requiras:ſed ea adeſſe debẽt, vt non guſtui modo, verũ etiã olfactui, omnis qualitatis expers videatur:eadémq; potui iucunda,puráq; ſit. Quod in pluuia ferè aqua vulgo habetur. Verũ (vt dixi) in ea maxime,quæ frigida bibẽda eſt, hoc requiritur:non etiã in calefacta, cum in coquẽdo qualis qualis ſit,depuretur. Nã neq; fõtana oĩs optima eſt,ſed ea demũ,cuius ad oriẽtẽ ſolẽ fons ſcaturiens erũpit,quęq; per mũdũ aliquẽ meatũ purãve terrã colať:eadémq; calefit, ac refrigeratur ocyſſime. Qua ad hãc cõpoſitionẽ ſi pluuia

carebimus, nõ incõmode (vt mea fert opinio) vti poterimus: minori tamen successus profectu, propterea ꝙ hæc venenati liquoris eluendi potestatẽ nõ habet: quam existimo pluuiã, ꝑpter elaborationẽ obtinere. Nec obstat ꝙ magis q̃ fontana cõpingat, cum aptior sit sua subtilitate infinita ad sudores mouẽdos. Atqui nõ absterget. audio, neq; coquit, neq; madefacit, & excretiones impedit, quæ omnia in frigidæ aquæ genere toto reperiũtur. At vt minus alijs hæc præstet, nõ continuo dãnanda veniat, vt quæ cum alijs confusa rebus, hasce noxas nõ retineat, sed si qd dotis in se cõprehẽdit, id perpetuò cõseruat, quod hoc loco nõ necesse habeo demõstrare. Quã ob rẽ cũ alijs oĩbus affectibus, præterq̃ æstuosis febribus, cõueniat, neq; madefaci-

at,& vlcera ſanet, iure huic malo abigẽdo cæteris præfertur. neque mea vnius hæc eſt opinio, ſed in hãc mecũ ſẽtẽtiã venit Andreas cognomẽto Matheolus, q hac de lue ſcripſit. ſed nimis iã multa de aqs, ad ligni p̃parationẽ reuertamur. Hoc maceratũ (vt diximus) coquere oportet, etſi nõnulli biduum in aquã mittũt, quod nõ opus eſſe dico, ſiquidẽ tenue futurũ eſt puluiſculũ, quod ipſũ in recẽti ligno nec dũ ſiccato in ramẽtũ ſat eſſet deſcalpere. Maceratũ igit̃ ad molliuſculũ lenémq; ignẽ in fictili olla plũbo illita, cuius tertia pars vel quarta vacet, id tãtiſper cõtinebis, donec ad tertias, quod ſupererit, redigat̃. Nã ſũt, qui ad dimidias tãtũ percoquãt, vt Syphilis cũ Hutteno guaiacũ: ſed mihi cremor craſſior, magíſq; altilis ſic apparet, &

in palo qui nihil habet illius atri, quo potio amaricat, cõgruentior hęc magísq; rationi consẽtanea videtur cocturę dimẽsio. Quãdiu autẽ hoc incoquũt, sũma cura cauent ne efferueat, & vndare quoquo modo exæstuaréve sẽtiat, sed absumi sensim liquorẽ ignis quodã velut fotu patiũtur, perpetuò cooperculatã habẽtes ollá, ne quid viriũ expiret, nisi cũ opus est despumare, quod circa initia coctiõis ferè magis cõtingit, spumã verò ad vlcera pustulásq; colligũt, & in alios vsus seruãt. Ita decoctũ perfrigerare sinũt, dũ scobis resideat, & lympidũ cremorẽ percolãt, in vitreũ vas defũdẽtes, sícq; obducto ore ac pelliculato, cõdunt ad vsus. vitrũ ea ratione eligimus, vt pelluceat, & mutationes eius in perspicuo facilius attẽdamus. Adde ꝙ melius vitrea

à ſorde emũdãtur, nec qualitatẽ vlla̋ ſeruatis rebus cõferũt. Ha̋c igitur coctionem prima̋ ita facta̋, cremorẽ ligni vocamus, alij ſyrupũ. Quam cocturam moderata̋ eſſe & velut tepentẽ ad vnguẽ credimus, ſic vt alias cõminiſci nõ ſit neceſſe. Neq; ſanè aliter curari apud inſulanos auditione aſſequor. Vnus hic duntaxat modus eſt, niſi fortè pluuiam aqua̋, cũ illi obuia quaq; vta̋tur, vſurpaſſe videbor: ſed meminerint, in inſulis fortunatis occaſum verſus Pluuialia̋ eſſe, in qua nulla aqua niſi ab imbribus, nóſq; eam gẽtem tam diuini præſidij expertem eſſe noluiſſe. Verum enim Ferrũ mirari ſubit, qui dũ experiẽtiæ reclamat, impudentia̋ nõ videtur effugere. Na̋ cũ gradus quoſda̋ coquẽdi ex Mineruæ ſuæ præſcripto definiuiſſet, *Nihil (inquit) refert,*

ꝙ aiunt gentes illas apud quas naſcitur lignum, eodẽ ſemper modo ac ſine diſcrimine cõficere, & ſumere hanc potionẽ. cuius affert rationem, ꝙ medicinæ ſunt imperiti. At huius medicinæ ſummam eis peritiã tribuit, cũ fateatur vniuerſos iſta cõtagione affectos illic curari. Quare illi peritiſſimi, ipſe experiẽtię ſuæ fidẽ nobis nullam certã facit, ſed cõtrà ſenſibus fidem derogat. *Fortaſſis (inquit) quoniam recens lignũ decoquunt, ſalutaris eſt ea medicina quocunque modo conficiatur.* Quorſum hæc tam incõſiderata, ne grauiori verbo vtar? An non & recens ſui cuiuſdã eſt tẽporis? Addit, *vel quia in illis regionibus antidotaria medicina eſt lignũ ſanctũ.* Quaſi ſimilem hic etiã non retineat facultatem. Sed nũc tenetur. *Vel quod incredibilius eſt (deinceps inquit) decoctionẽ cõficiunt admodum tẽperatam, vt in omni*

tēpore anni ſubueniat ægrotis, omni ætati, omni morbo, omníq; cōplexioni. Amabo te Ferre, cur incredibile? nōne tute faſſus es tēperatum eſſe lignū? quid in potione ſentias tāto magis con fiteris, ꝗ Ariſtotelica vſus videris ratione, dum hæc ex ſecūdo de ge= neratione citas, Quę miſcētur, cor rumpūt inuicē intentiones, & pro= prias qualitates. Ergo aqua, vt vis, coctione ſiccitatem & caliditatem quas ineſſe tēperatas ligno putas qualitates, reprimit, quod nōdum mihi liquet: ſic fiet moderatius po= culum, vt ad ęqualē collatum na= turā, ſi quidē tua ſequimur dogma ta. Quid autē miraris qua ratione tēperatum morbos curet? Equidē in ea contemplatione audientibus moleſtus eſſe nolo. Malim vno ver bo dicere, ſic tēperatū alioqui me= dicamētū ꝓprietate occulta lui iſti

mederi,vt nil mirũ ſi varijs ſubue= niat naturis. Sed mihi obijcies & alios morbos huius ope diſcuti. Quod vt tibi concedam videlicet per epicraſin,tamẽ irridẽdum cen= ſeo,quod paſſim nunc fieri video, hac potione ad tuã rationẽ varia= ta,omnes graues affectiones q̃uis deploratas velle elidere. Perinde enim fit,atq; ſi ex chamæmelo vel anetho,vel lini ſemine,vel etiã fœ nigræci,quæ tepent omnia, ægros omnes variata horũ coctione ſa= nandos ſuſciperẽ.O fucum homi= num animaduertẽdum!Nam cum pleroſq; videãt proceres,ac matro nas pernegãtes ſeſe vnq̃ fuiſſe hac lue prehenſas, & deſperent alia ſe ratione aduerſas in eis valetudi= nes hinc fomitem trahẽtes,curare poſſe,vno hoc vtũtur prætextu,vt affirmẽt rebelles quoſuis affectus

hoc vnico expugnari medicamē-
to:ſed variandā ad pręſcriptū ſuū
curā imperant. O impuros homi-
nes! ſiccine in medicinam nos vo-
lūt inſanire? nónne hoc eſt diuina
munera polluere ac impiare? Ec-
quis non videat ſycophantarū mi
rificas ſtrophas, & verſipelles artes?
Quidā inſignis purpuratus in au-
la Pontificis à graui morbo, quicū
iamdiu cōflictabatur, ligni ſancti
miniſterio liberatus eſt, ſibíq; reſti
tutus. Io triūphe. Io Pæan. Omnes
in omnibus idē tētare remedium
imperabūt magiſtratus, reges com
pellēt: niſi ſimile feceris, nullus ſis.
Ad iſtum modū hoc tēpore Vertū
nū agere, mederi eſt. Certe noſtri
ordinis vir quidam ſanè doctus ac
perq̄ facetus, imperitos quoſdam
medicos muſicis eſſe ſimiles ſolet
dicere. Vt enim primarū partium

cantores cantilenas, quas numero=
ſe ad fiſtulã ſaltemus ſubinde no=
uas cõdere ſolẽt, quos alij ſecũda=
rum aut tertiarũ cõtinuo ſequun=
tur ac pro ſe quiſq; imitantur. vbi
autem animaduertũt, qui principẽ
locũ ex ijs obtinent, pertritas ſuas
eſſe cãtiones, & abs poſtremis nõ=
nunq̃ ſymphoniacis melius cani
(vt eſt ad inuentas iam res inge=
nioſa atq; induſtria addẽdi æmula
tio) ſtatim ad alios cõuolant mo=
dos, ridiculi alioqui futuri, ſi triuia
les numeros ſemper incinerent: ſic
qui medicinã factitãt hoc tẽpore,
quíq; plures ægros curãdos ſuſci=
piunt, ad inepta nouáq; identidem
accurrũt, & clariores horum non=
nulli (dum placere populo gratioſi
ſtudent) ſuas texũt formulas ac re=
texũt, leges figunt & refigunt: atq;
nunc in pulueres, nunc coptaria,

nũc antidotos cõmutãt. Hos imi-
tãtur poſtea ſimię geſticulatrices,
quo ſibi ſapientũ opinionẽ acqui-
rant. Ita fit, vt ſi pręter has formu
larias ineptias doctus aliquis acce-
dat, qui ab antiquis tradita, aut re
cte excogitata proferat, rideatur
ab omnibus. Hoc eſt mederi ſcili-
cet, hoc Aeſculapiũ, hoc Phœbum
cõſectari. Quod ideo dicẽdum pu
taui, quoniã ineptus habearis hac
ætate, niſi paſſim lignũ ſanctũ no-
mines. Sed ad exactiſſimos Ferri
gradus veniamus, nullũ enim argu
mentũ doctrinæ eius tacitum relin
quam. Primũ ſiquidẽ gradum ſta-
tuit, cum decoctio remanet vnius
libræ: ſecũdũ, cũ vnciarũ nouẽ: ter-
tiũ, cũ ſex aut ſeptẽ. Quid iſtuc eſt
dogmatis? *Id animaduertendũ præcepi-
mus (inquit) nõ omnibus morbis, & ægro-
tis eiuſdem moræ decoctionẽ conuenire: ſed*

alijs maioris moræ, alijs minoris. Túne ſic auferes? At hoc nimirũ eſt blate ronũ probra laceſſere, qui medico= rum clamãt eſſe propriũ, audacter mentiri. Nam quis nõ vidit innu= merabiles ſola noſtra, quæ ſimplex eſt, pręparatione curatos? At miri= ficus Ferrus duos rurſum decoctio nis modos facit: vnũ alteratiuum vocat, ſimplicẽ alterũ. Hunc in fi= ctili vaſe (quod teſtaceũ appellat) illum per vitreũ cadũ in diploma= te, fieri tradit. Egregia ſanè inuẽta & cedro digna. Sed quid has diffe= rentias in re facili, totiéſq; explo= rata introducimus? Nemo adhuc inuẽtus eſt, qui ſimilia ſcripto man dare ſit auſus. Nam Maſſa, cũ dixiſ ſet excellentiorem in opere deco= ctionem nos habituros, & citius ægros liberaturos, quãto plus con= ſumpta fuerit potio, ſubdit: *tamen*

ſint omnia moderata, & medio quodam modo parata. Ac rurſus, *Quo plus eius ægri hauſerint, tãto curatũ iri citius.* Quĩ etiá Nicolaus cognométo Pollius pro mediocriter infectis ad medias abſumptá ſufficere tradit, ad intertrimentũ verò duarum pro extreme afflictis. Nam quanto plus (inquit) in decoctione cõſumitur, tanto fortior operatio eſt. Ex quibus intelligitur, meritò diſtinctiones illas à nobis vt nugatorias reprehenſas. Admonet ille præterea de hyeme, & æſtate ad cõdendum iſtius ligni decoctum, quæ qualia ſint, res ipſa indicat. Illud notatu dignius, ꝙ dilutiorem modo potionem facit, modo meratiorem, pro humoris ſcilicet exuberantis, tum tenuitate caliditatéq;, tum craſſitie, lẽtore, ac frigiditate. Adde ętate & cætera huiuſmodi, quaſi oxy-

meli aliquod, nõ ptiſanariũ paratu-
rus. Nam Gal. eos nõ probat, qui
ſub vna quapiam mẽſura oxymeli
cõficiunt: ſed tamẽ dum variandã
eius docet tẽperaturã, id facit pro
guſtu ſumẽtis, cõuenientiſſimũ ra-
tus oxymeli illius naturæ, cui eſt iu
cundiſſimum. Primã tamen ipſorũ
mixtionẽ, quo plurimis cõueniat,
deinceps conſcribit. Quod igitur
in poculo tam moderato documẽ-
tum nobis dabit, ad quod animũ
referentes, cognoſcamus huic vel
illi naturæ aptiſſimum eſſe tẽpera-
mentum? Quod ſignum, quo viſus
aciem dirigamus? Sed ab ineptijs
diſcedamus. Neq; enim hic nobis
ſcopus propoſitus erat, vt indica-
remus variandam non eſſe coctio-
nis rationẽ, ſed non pati medica-
mentum vllius rei adiũctionẽ. De-
ſtillandi autem eius modũ, nec ap-

probo,nec reijcio in pręſentia. Alius fortaſſe locus ſeſe commodior offeret,cum hac de re agendi,tum etiam de oleamento ab eo eliciendo. Nunc docemus vas illud fictile,quo potionem parant,in camino quamoptime excoqui debere, quod Gal. etiã quodã loco cõmonuit. Quæ enim exacte penitúſq; cocta non ſunt,lutoſa ea potius,q̃ figlina ſunt,& qualitatum ſuarum nonnihil medicamẽtis remittunt. quare mihi plũbo illita,q̄ nitidior videatur,expetitur fidelia. Sed tãq̃ à vino ad deuteriam nos conuertamus. Secundarium itaq; tenue poſt cremorem etiam ſolet apparari.
Nam & ſegmenta relicta Rurſus *vt antè coquunt, addentes ſuaue liquens mel,* ,,
vt cecinit Syphilis. Nos vt non improbamus in ſecundario decocto mel,vel ſaccharum,vel glycyr-

rhizam adijci, ita nõ neceſſarium eſſe dicimus. In primo autem cremore rectè miſceri poſſe negamus. Nam quod ex palo cõcinnatur poculũ, ſcio nõ niſi moroſis, & delicatis philœnis ingratũ ſentiri. Deeſt enim illa guaiaci acerbitas, & amaror, deinde medicati alicuius catapotij vice voratur: ſecundariũ verò medijs in cibis potus loco ſitiẽtibus ſumptũ, nõ caret iucũditate. laudo autẽ, vt quibus non diſpli cuerit, quíve ab eo nõ abhorrebũt, puro vtantur. Satis enim ſibi ſitis condimẽto eſt. Negauit Cyrus cũ ſiti premeretur, vnq̃ bibiſſe iucundius, q̃ ex cœnoſo ac turbulẽto quo dam riuo. Hanc verò deuteriá ex fontana q̃ pluuia malím parari, ne properè excidat è corpore. Tẽpus autem ad decoctionẽ vtriuſq; ſunt qui limitarunt horarum ſex, alij

octo:ego verò etiã duodecim inter dum ſpatio leni igni confoueo, vt ad tertias redeat:in ſecundaria tamen multũ de opera remittimus, quam in cremore diligentiſſimam præbemus.ſed ſit ſua cuiq; pro exquiſita cõfectione, certa menſura affabrè ex eodẽ ligno facta,torno (ſi placet) raſilis, certis diſtincta ſpatijs, qua exploret, quãtũ ſingulis horis in coquendo decedat. Reſtat igitur, vt videamus, quis modus ĩ vtraq; potione mediocris ſit. Diximus enim moderatam nobis cocturam videri, quæ pro põdo ligni ſextarios ſex ad duos reducat, hoc eſt ad vigĩti quatuor cyathos. Tribus enim diebus ſufficere eam menſuram volumus. Quare in ſingulos hauſtus oportebit quaternos trahere cyathos,hoc eſt menſurales vncias ſex cũ eiuſdẽ beſſe,

qui modus explet ſeptē vncias mi nus triente. Atq; hic proculdubio modus viro plenus iuſtúſq; fuerit, etiā in medicamētis exorbillādis. quippe duodecim vnciæ noſtro pede metitæ, ſemiſextariolū Parriſinum cōplent, quā mediocriter ſitiētes vno tractu ſiccant. Et qui tēperatiores ſunt, & vrbaniores, duobus ferè exhauriūt. Minus enim q̃ ſextarius Romanus continet, noſtra ratione, hic ſemiſextariolus beſſe, hoc eſt, menſuralibus vncijs octo. quādoquidē ſextarius viginti cōſtabat vncijs, id eſt, pollicibus quadratis. Nec obſtat, ꝙ Iſidorus viginti quatuor vnciarū eum tradiderit, & Aphricanus librā ſextarij dimidiū ſcripſerit, vt notat Alciatus iuriſperitiſſimus. Itaq; certū eſt librā duodecim vncijs expleri, vt cōſtet ſemiſextariolū noſtrū eandē

cõficere,nisi libram pro hemina au
diat,quę nouẽ tantũ constabat vn=
cijs. Quomodo igitur sextarij di=
midiũ erit? nisi dicamus sextariũ,
suum etiã cumulũ certũ habuisse,
neq; mensos fuisse antiquos,vt li=
bram,ad geometricã exactionem.
Qua ratione ad cheopinã nostrã
sextarius accederet,si auctarij loco
trientẽ libræ acciperet, hoc est,ad
viginti mensurales,quatuor insu=
per vncias.sed nos de mẽsuris hoc
tẽpore nõ certamus:ostẽdimus ta=
mẽ iustũ potionis modulũ ex coctu
ra nostra reddi. Nã qui ad quatuor
libras redigũt,si põderales intelli=
gunt,plus minúsve nos superãt,si=
quidẽ quatuor diebus id paratũ re=
ponũt, vt in guaïaco facit Hutte=
nus . Quippe Plinio cyathus, in
quo etiã(vt videtur)ex abũdanti
suus extitit cumulus, decẽ drach=

mas pẽdet,ſemiſſis verò drachmis valet quadraginta octo:trahuntur autẽ nobis quatuor cyathi,hoc eſt triẽs,q pẽdet in ſumma quadraginta drachmas Pliniana pẽſione:ita vnico ferè cyatho minus duabus drachmis vinceremur.Nos etiã aquę purę plenũ pollicẽ quadratũ appẽdimus,quã inuenimus paulò ferè pluſq̃ quinq; drachmas pẽſitare. ꝙ ſi cyathus ſeſquiunciã mẽſuralẽ cõtinet cũ ſextãte,vt nos putamus, certe pręter ſeptẽ cũ vnius ſemiſſe drachmas ꝓ ſextãte ac acceſſione Pliniũ etiã ſeſqdrachmã poſuiſſe fatẽdũ erit,aut cyathũ vncias duas capere,& ita pedẽ Romanũ noſtro maiorem ſtatueremus.Verùm ille cuius rei pẽſum fecerit ac ſacoma non expoſuit, vt nulla ratio ſit de oleo,quod aqua ac vino leuius eſt, intellexiſſe.ſed de hac cõſideratio-

ne plura in libro de re Seplaſiaria
diſſeremus,cęterũ ſi in eo cremoris
modo ex reliquijs cocturęredeũtis
ad dimidias intra triduũ,vſum no
bis expedire deliberatũ foret, Hut
teni rationẽ multo ſuperaremus,
qui in quatuor etiã dies eã appa=
ratã recõdebat, qñ prouenirẽt ex
ligni pondo libra,elixati iuris tri=
ginta ſex cyathi, vt ſuperius per=
ſtrinximus, hoc eſt, ſextarij tres.
Sed cum nos ex ligno vere tẽpera
to (nam id quod amaricat reijci=
mus) tepentem ac moderatũ cin=
num cõficere ſtudeamus,nihil mi=
rum ſit,ſi hanc potius q̃ illã ſequa
mur miſcendi rationẽ, quæ etiam
experientia nobis antè conſtitit:
& qui nos eã docuit,quíq; cũ infi=
nitis alijs ſanitati reſtitutus eſt,ab
indigenis quorũ linguã callebat,
quibúſq;familiariter in cõmercijs

vtebatur,non alio factitari modo deierauit. Quinetiã experiũdo didici, fidẽ mihi, licet iuniori, nec ita ſplendidi nominis, adiungẽt, quibus viſum erit, nihil enim moror, dum eorũ veritatem eloquar, quæ duodecim ferme annis expertus ſum. Equidẽ permultos ſalutis per me recuperatæ teſtes citare poſſũ: ſed parco nominibus viuentium. Quid autẽ illi efficiãt, qui ad pondo librã ramẽti, duodecim pondo aquæ infundunt coquúntq; ad dimidias, non neceſſe habeo nũc dicere: tanto minus qui conciſi ligni ex aquę triginta libris ad tertias coquunt, hoc eſt ad libras decem. Itaq; ſi poſt ſextum diem vel hyeme computreſcit, quantum ſingulis diebus dare eos conuenit? Nã ſi libræ ſemiſſem præbent, ſex diebus libra ligni plus quàm ſatis

ſit,conſumitur:cum oſtenſum ſit, libram ad treis dies ſufficere. Attamen in materia non recenti haud abnuerim plus poſſe inſumi. Nam & inueterati libræ duę vnius interdum vice cedunt. Mediũ autem ſectanti intra librã conſiſtere ad triduũ æquum eſt. Nã qui q̃plurimũ ligni conſumpſerũt guaïacani, nõ amplius decem libras diebus quadraginta vſurparunt, & Huttenus vix ſex abligurijt: mediocrẽ tamẽ cremorẽ parantes, non eſt ꝙ ex induſtria dilutum accurent: quippe quo craſſior, eo plus valet, & ſua proprietate defũgetur efficacius. Adeóq; infirmiſſimis plus ligni aliquanto eſſe offerendum, nõ ita tamẽ vt modum excedat, nõ deſunt qui defendãt. Quãobrẽ iuſto modulo recentis ligni libra intra triduũ vorabitur, ſatíſq; ſũt ſingulis

potionibus cyathi quaterni. Alte-
rius verò tenuioris ceu lorę, quam
deuteriã quaſi ſecundariã vocaui-
mus, alij dant quãtum ad ſedandã
ſitim laboranti viſum fuerit, alij
parum, dicentes propter malũ ſa-
porem ablaturã bibendi cupidita-
tẽ, ſed qui quãtumlibet eius cõce-
dunt, hoc ſe facere ideo aiunt, vt
medicati in ventre cibi efficiãtur.
Congruere tamen modũ oportet
eius, qui curatur conſuetudini: tan
tum enim ipſius exhauriet, quan-
tum ſanus bibere ſolebat. Et ſanè
iuſtus modus ſeſquiſextarius eſto.
per diẽ autẽ ſi bibere libet, poterit
cyathos duos aut tres q̃ longiſſi-
mè à prima potione trahere. qui
autem minus propinant, q̃ patitur
ægrotãtis conſuetudo, vel ob id ꝙ
parcius comedunt, næ illi viden-
tur ignorare primũ ſudoribus cor

pus digeri, deinde hunc potũ ale=re,& humectare,ac demum medi=catę virtutis esse participem. Neq; verò est cur asseueremus austeri=tate aquæ eos ipsos deterreri: cum notũ sit à multis vbi insueuerint, auidissimè expeti. Nam & frigidã modicè exhibemus, quæ illos ad sitim arcendã qualitas inuitat, vt qui ferè in ęstuario contineantur, siue natura siue opere, facto. Natu rale voco, quod æstatis status af=fert. Equidẽ perpetuò eos in laco=nico claudi volo: non ꝙ æstate tor reri igne imperẽ, sed ob tẽporis in=cõstantiã, vt assidue caleat. Cuius=modi assiduus penè feruor nudis est barbaris. melius enim est corpo ris spatia seu spiracula laxa & pa=tefacta habere, quò virus vndiq; despiret. Primis ergo diebus de=cũbens in æstuario aut domo quæ

camino caleat. Cuius rimæ fenestræ'q; per frigora gypso diligenter obstructæ sint, & conclauis ostia velis ac tapetibus obtenta, ibi paulatim cibum deducat, & vino vsus dilutiore cõsuescat aquã bibere, & esurire discat. Deinde vbi ieiunio diem vnũ aut alterũ trãsegerit, medicaměto simplici expurgetur, pro naturæ ratione & viribus atque ætate. Consideretur etiam, si ita visum est, morbi causa, & huiusmodi, quę sunt medici rationalis consilia: quě perpetuò assidere ægro in hac curatiõe velim, vt de viribus eius sit solicitus. Quominus sunt ferendi chirurgi, quorum munus hac in re mihi quî probari potest, cum vix prima philosophiæ attigerint elementa? Quæ si norunt, extra professionis suæ terminos egrediũtur, & audent nihi-

lo minus in curationẽ tam arduã ſinuoſámq;,vbi emergentibus no= uis caſibus idẽtidẽ ratiocinari eſt neceſſe, ſeſe intrudere.Doctũ igit medicum requiro.Purgans medi= camentum ex ratione is inſtituat. Neq; verò acceſſerim Hutteno, qui tantopere rha barbarum dete ſtatur , & vnicã ſiliquã Aegyptiã approbat,& extollit. Neq; quo ſit vtendum pharmaco hoc loco do= ceo,variãdum eſſe intelligẽs,etiãſi perfacile laudo,& quod ex primis tãtũ venis ſubigat noxios & inoffi cioſos ſuccos.Noui qui mihi hanc ad curam ſupra fidem prædicarit rheon Indicũ , ſed ita, vt cũ vua= rum paſſarum Corinthienſiũ,quæ vino immaduiſſent carnibus exhi beretur. Alius nuculam illam dũta xat, de qua ſuprà cõmemini,inſu= lanos aiebat in eam rem mãdere.

ſed ipſe mali mitioribus agi, queq; humoré, qui peccare putabitur, facile deponăt. Reſoluto ergo ventre, *Cæcis ſeſe penetralibus abdant* (*quẽadmodum ait poeta ille*)

„ *Quo neq; vis venti, nõ halitus aeris vllus*
„ *Inſinuet ſeſe, & gelidis afflatibus obſtet.*

Ibi die purgationem inſequẽti cũ interuallũ à ſomno fecerint, cremorem calefactum mane bibant, iterũq; ſub veſperã. ſatis enim bina ſũpſiſſe pocula, quãuis terna nõnulli præbent: diluculo, meridie, ac veſperi. ſed plus ſatis eſt corpus ſudoribus bis in die exercuiſſe, nec alia in opinione eſt, quẽ ſupra oẽs q hac de re ſcripſerũt, admiramur

„ Syphilis, *Decocti* (*inquiẽs*) *pocula primi*
„ *Bina die quaq; aſſumũt, cũ ſurgit ab ortu*
„ *Lucifer, & ſero egreditur cũ veſper olympo*

Qui mihi nõ videtur exponere, ante cœnã ne ſorberi debeat, an

verò à cœna. Huttenus, q ſuo peri culo per manus (vt inquit) alijs tradere didicit, octaua hora alterũ poculũ dari iubet: vt appareat illũ circũcidere cœnæ tẽpus: nã ad meridiem tantũ reficit. Et alibi dicit: Vigeſimo quidẽ die bis cibũ dant. " quod viderint qui ſequũtur. Certe " enim hoc fert medicina hęc, vt ine " dia quãta poſſit maxima extenue- " tur æger. Quo aũt cibo, pòſt dice- " tur: ſed tam exiguo, vt ſuſtẽtet vitã, & vtinã (ait ille) non augeat vires. Ego verò ne quẽ de hac re celẽ diutius, bis die reficere ſoleo, ne à cõſuetudine aberrans, cum opus non eſt, diſcedam, ſed exili admodum cibo, quem inferius exponemus. Mane igitur vna horula antè contecto, quo incaleat, & ęſtuario, ſi opus ſit, accenſo, cremorem hauriendum prębeo: qui raptim &

vno ſemel tractu ſine interſpira-
tione bibitur, à quo quieſcere ſic
ſtragulis munitum, ad horas duas
melius eſt, abundéq; ſatis erit ho-
ram vnam deſudare, altera verò
abſtergeri. Quanq̃ ſunt, qui eliciẽ
do ſudori integras duas horas, ſta
tim ab hauſta potione permittũt.
Ego verò facile illis nõ aſſentior:
propterea ꝙ tam longi temporis
ad ſudandũ ſpatio (vbi citius face
re pauſam liceat) opus non eſſe
dico, cum ope medicamenti corpo
re calefacto ſudores mox erum-
pãt: & dũ abſtergit̃, diſtringitúrq;
ſudor, qui meatulis cutis hęret, eue
nit, vt impenſius virus eructet na-
tura. Ad hæc propter inſolentiam
nonnihil eſſe ſolet moleſta deſuda
tio inuitis expreſſa, quare indies
aliquid ad ſudandi moram acce-
dat. Id autem tempus, ne quid er-

roris intercidat, clepſydris ſoleo metiri. Reſiccato corpore,& venis concidentibus, quod poſt quartã à ſumpto poculo horã contingere ferè ſolet, è lecto ſurgere permitto etiamſi alij non ante quintam: ad quam frugaliſſime reficio. Ac eos quidẽ qui celerrimè ſaneſcere cupiunt, q̃ de parco licet victu vti iubeo. Nam nautici biſcocti panis, δίπυρον Græci dixere, vncias circiter duas cum vncia paſſarũ vuarum Corinthienſium iuſtum vitę ſuſtinendæ modũ arbitror. Neq; ignoro alios eſſe, qui tres vncias panis totidémq; vuarũ permittunt, aut etiam pruna ſtatim à principio. Quod vtiq; mihi nõ placet, ꝙ humentiora ſint, nec vt paſſæ iecur confirment, ſicuti neq; gallinaceos pullos, vel ius eorum decoctorum adijci in ipſo ſaltem dietę veſtibu

lo. Exhauriẽdũ enim perpetuo corpus eſt, neq; verendum ſub faſce hoc, vt quis deficiat, quãuis paulũ edat. Neq; enim me præterit, quid de picrocholis Gal. ꝓdiderit, quos buccea panis nonnunq̃ vino diluto calẽtíq; immerſa reficiebat, ita vt febres prohiberet. Duriſſimam enim illis fore inediam intelligo. Atq; ita, vt ſi biduũ ſine cibo trãſegerint, neceſſe ſit febri corripiantur. At Gal. nónne bilioſos & imbecillos, & qbus ſenſilis erat vẽtriculus, ſolo ptiſanæ cremore in ſeptimum vſq; diẽ traxit? Nam qui ex abundantia laborabant, minus mirum ſi ſub longa eos inedia tenuerit, vt prorſus ante ſeptimum non cibarit. Quo minoris glorioſa illa diatritos æſtimãda eſt. neq; verò obijcienda ex Hipp. oraculis ſentẽtia: Victus tenuis anxiéq; ex-

quiſitus, quum in morbis longis ſemper, tũ in acutis, in quibus nõ conuenit, periculoſus. Nec qui ſequitur aphoriſmus, In tenui victu ægri delinquũt, taceo infinita quę opponi poſſunt. Nam vt victus ſit tenuis qui per pauca, parũve nutriẽtia ſit edulia, qualis eſt ptiſanæ ſuccus, tamen finis eius eſt virium exolutio, vt Gal. ĩ ſuperioris aph. commentario nobis deſignauit. Nãq; in hac curatiõe ea victus ratio eſt, quæ vires cõuellere queat. ſiquidẽ panis ſimpliciſſimũ (vt ait Gal.) alimentũ bis die præbetur. Itẽq; vuæ paſſæ, quæ plurimũ nutriũt, eodẽ authore de Alim. facul. Quinetiã cremor ipſe quadãtenus vires recreat, dum in ſanguinẽ vertitur, calorẽ fouet, ſpiritus auget, & mẽbra omnia corroborat. Videas vel tenuiſſima præditos valetudi-

ne hoc poculo adeo ſuſtentari, vt vires q̃ antea in ea dieta conſtitu- ti firmiores acquirant. At pauca dantur. audio. & poſt nonum aut decimum interim diem fames in- gruit. fateor. Nam digeri corpus debet, & ſudationibus fieri nō po- teſt quĩ diſſipetur parte aliqua hu midum, vt docendi gratia loqui- mur, ſubſtantificum. Atq; ob pau- citatem cibi certum eſt planè re- ſtitui non poſſe tantum, quantum digeritur. Attamen pro ratione vi rium ſeruādarum nimiũ eſt quod offertur. Quapropter tenue nullo pacto dici poteſt alimẽtum quod datur in hac curatione: ſicuti neq; plenũ, ſed conſeruās. Qua de re ni mis multa. Conſiderabunt autem medici num vel pueri, qui ſunt ad cibos omniũ propenſiſſimi, hoc vi ctu poſſint eſſe contenti: cũ videre

liceat tenuiores vix tantum cibo-
rum puellis ſuis in diem imparti-
re, qui tamen optime tolerant, &
bona ſatis habitudine apparent.
Sed ęgroti hoc cibo recreati, quie-
ſcunt, luſitant, grauiores cogitatio
nes, omnéſq; animi perturbatio-
nes quantum licet, auerſati. Meri-
diari, niſi propter nocturnas vigi
lias, illis nō cōcedit. Quibus ſi ita
accuratū eſt, ut decima pranſi ſint,
quarta à meridie in lecto decum-
bant, periſtromate ſtraguliſq; vti
iuſſimus operti, vt intepeāt: quin-
ta deinceps hora cremor ille eo-
dem, quo ſuprà, modo præbetur,
hinc ad ſeptimam vſq; ſudatur, ac
detergitur: octaua verò cōmodè
venis iam interquieſcentibus, cœ
natur. Verum enimvero ſunt, qui
à cœna poſt quatuor horas cre-
morem propinant, ſed cooperi-

ri vetant, ne ſomnus ſudore in=
terrumpatur: quem tamen ſi ſpon
te profluxerit non denegant, quod
à ſagaci natura fieri dicunt. Ple=
rique à cœna cremorem ijs tan=
tum exhibent, quos vehementi ca
pitis dolore cruciari animaduer=
tunt, quomodo dormituris pro ca
tapotio ſpherulæ offeruntur: quod
mihi quidem ratione carere non
videtur. Cæterum cœnãt parcius,
quibus vncia panis recte datur, &
vuarum ſemuncia. Quòd ſi biſco=
cti penuria ſit, in eius vicem inter=
media panis cruſtula præbetur te=
nera parte abſciſſa, & ſuperiore,
quæ bileſcit, adẽpta ceu ſquama:
vuarum verò Corinthienſium de=
fectũ ſarcit, Damaſcena vel Thar
ſenſis, vel paſſa quæuis exemptis
vinaceis. Satis autem in cœnã eſſe
poſſũt decẽ aut duodecim grandio

res vuæ,ex alijs quindecim aut vi ginti.Quibus vuę gratæ nō ſūt,auellanæ(quas nuculas pręneſtinas dicūt)in ignē coniectæ enucleatæ, ſuperioríq; mēbrana caſtratæ,aut amygdalæ toſtę eduntur.Maxime autē ſiccantis naturæ cibatus eſſe debet,non tam vt potus in ventre perdiu retineatur,quàm vt reſiccetur putredinoſus ille affectus, quē inuexit cōtagio.Neq; enim timendum,ne ex eo victu vel in hecticā, vel corporis atrophiā delabantur, qui natura ſicci ſunt ac macilenti: vt quidam metuere videtur,*actum* (inquiens)*optime fore,ſi, qui ligno curantur,in hecticā vel tabem nō inciderint.* Quod equidem vix fieri poſſe in tēperata potione puto,niſi eo iam ſint correpti planè marcido habitu.Nā & ſiccos conſtat hac victus obſeruatione humeſcere, & ma=

cros pinguescere. Adhiberi tamen per totam curationē medicum velim, non qui cremorē dilutiorē, q̃ pręscripserūt nobis insulani, ac experientia innotuit, cōficiat: quíve quadrata rotundis misceat, sed qui victum pro symptomatis, vbi licebit, immutet. Quāq̃ Syphilis vnā probare videtur rationē, cū dicit:

„ *Quid mirādū æquè memorē sup oīa victū*
„ *Quàm tenuē, q̄ magna sibi ieiunia poscāt?*
„ *Quippe solet satis esse ipsū dū corpus alat,*
„ *Dū superet vita, & tātū ne mēbra fatiscāt.*
„ *Ne tñ, ah ne tāta time, sacer illicet haustus*
„ *Ille, modo ābrosiæ, vires reficítq; fouétq;,*
„ *Inq; occulta gerit ieiunis pabula membris.*

Obseruandum tamen est, ne salē gustet, qui curatur: q huic medicinæ cū sale prorsus nō cōuenit: venerē tanq̃ pestē fugiat, frigidā ne vel manibus abluendis attingat, vinū nec delibet: tale enim huic li-

gno eſt,quale cicutæ,cũ qua ſi hau
ſeris,nullo remedio reſtitui queas.
Quæ profectò leges ferè ſunt ob
noxam indictæ.Quæ q̃ ſint leues,
omnes qui tam diro occupantur
malo ſi ſecũ recolerent,ac ad ſalu-
tem valere reputarẽt,vltro ſine vl-
la cũctatione ſe illis dederent.Sed
reliquum victum conſtituamus.Is
igitur non poſt nonũ ſtatim diem
plenus, at paulò liberalior permit
tendus. Pulli elixati iure,citra ta-
men ſalem, mane tantũ veſcãtur,
ídq; ad vſq; quintũ decimũ diem:
à quo etiam oua ſorbilia & carnes
elixas ad viceſimũ tertiũ,abſq; ſa-
le cõcedes,itémq; aſſas ſine larido.
Quòd ſi ad quĩtũ vſq; decimũ per
ſeuerare ĩ prima victus ratiõe poſ-
ſe cognoſcas,aucto tãtũ obſonio,
hoc eſt vuis paſſis , intelliges me-
lius cũ deploratis agi. Verùm per-

petuo ægri vires cõſulẽdas cenſeo. Sic enim tractati vigeſimum vix attingũt diem, quin ad priſtinã ſanitatem reuertãtur. Nõnunq̃ tamẽ vel cubantiũ intẽperãtia, vel ligni exoleti infirmitate, multi in integrum nõ reſtituuntur: quibus ſuaſerim ſimulatq; refecti videntur, eãdem omnino ſubire rationẽ. Alios noui, qui prius perunctionibus fatigare corpus iuberẽt, deinde ad potionẽ venire, deierantes ad morbi depellẽdi celeritatẽ hoc pertinere: qui & ipſi aduerſus argẽti viui illitus hunc dari cremorẽ perhibẽt, propterea ꝙ ſolus offenſas eius tollit. Quos quidẽ authores in totum non dãnarem, niſi ſperarẽ intra tricesimum diem, victus rationẽ obſeruatã potionis prẹſidio, ſatis eſſe malo etiam extremo profligando. Neq; verò probauerim illorũ ſen-

tentiā,qui vna opera & lignū & ar gentū viuum ad curam afferūt, cū non ferat tātas iniurias natura vel robuſtiſſima : tametſi pleriq; grauiora æquo animo pertulerūt. Sed de purgatione ſub finē curationis adhibēda, agamus. Sunt qui decimo quinto die aluum volūt reſoluere, alij citius, nōnulli cū lignum paulatim, & cōtinēter munere ſuo perfungatur, nullum à potione diē intermittēdum cenſent, ne propter pharmacū quidē: malunt enim ſub curæ finē exinanire, & ſi aluus interim nihil redderet, ex eius decocto certis diebus clyſteres infundere, quod nos tentauimus magno ſemper ſucceſſu. Neq; quēq̄ mouere debet, ꝙ Ferrus ſæpe purgādum dicat, & octauo, vel ſexto quoq; die: propterea ꝙ tenues ita humores ſudoribus expurgentur, craſſi

cõcoquãtur:natura enim,quæ perfectè mouetur,primo concocta secernit,mox expellit, in obtusis tamen sensibus, & imbecilla natura, eiúsq; motu incõcinno,sæpenumero adminiculo ea supplenda sunt, & velut manũ scandenti prębenda, vt Gal.ait in aph.illũ,Cõcocta mouere nõ cruda. Verũ enim si quãdo purgandũ videbitur,ob rationẽ Aphrodisei potius,q̃ eam quæ à Ferro allata est,id faciẽdum erit.quãdoquidẽ famescẽtes solito cibi vsu prætermisso , materiam sine dubio aggregant acriorẽ. Decimo quinto igitur die mane purgãs medicamentũ bibatur,qua hora intermittetur cremoris potio,ad quã tamẽ sub vesperam statim,nisi quid obstat,redibitur: nõ autẽ vt vult Ferrus,qui totã propè antiquã rationẽ nulla causa subuertit , & mane &

veſperi abſtinebitur. Nã quid habet rationis, cum potionem modo intermittendã, modo relinquendã tradit? Agit enim eo ĩ loco de ſymptomatis, quæ per lignũ ſanctũ vitari non poſſunt. Verùm vbi vitæ impendet periculum, quis operam lubens impẽderit? Quorſum attinebat hæc admonere. Quin potius audis, quod diſertiſſimus poëta perbelle in guaiaco præſcribit:

Nec prius abſiſtũt potu ꝙ mẽſtrua curſum „
Luna ſuũ, & totũ peragrãs perfecerit orbẽ, „
Fraternáſq; iterũ conuenerit æmula bigas. „

Sunt autẽ ei, qui priſtinã valetudinem recuperauerit, ſeruãda quędã. Primũ ne cõfeſtĩ frigido ſe cõmittat aëri, aut in publicũ prodeat. Reclusis enim adhuc omnibus cutis ſpiraculis noui mali ꝓcliue eſt periculũ. Paulatim itaq; ab vno cœnaculo in aliud inambulandũ, atq;

ita ſenſim,dum aëri aſſueuerit,cæ-
lo ſe cõmittat.Deinde modus in ci
bis & congruẽs vbiq; qualitas ob-
ſeruetur, bugloſſo,cirſij radicibus,
aliíſq; oleribus in iuſculis vti inci-
piat.ouis ſorbilibus,cæteríſq; alti-
libus cibis,& ex aucupio potius a-
uiculis,veſcatur:imprimíſq; curã-
dum,ne vẽtriculus infarciatur pre
matúrq;. Quinetiam ad vinũ ſta-
tim ne conuertatur,ſed cremorem
ptiſanæ, aut ſecũdariũ decoctũ mi-
nimum menſem vnũ prius bibat,
poſtea dilutiſſimũ,& tandẽ ad pri-
ſtinam ſe referat cõſuetudinẽ.Reli
qua ex Hutteno requirãtur,qui ſi-
milia quædã noſtris habet.Pleriq;
Serapiũ(vt nũc loquuntur)ex de-
cocti ligni cum ſaccharo apparãt,
quo vtãtur cõualeſcentes. Alij ex
puluiſculo cum paſſarũ,vt nos ſo-
lemus,vuarũ carne, coptarium per

tessellas instruũt, quidã flores sac-
charo conditos,& teneros arboris
turiones præbẽt.quæ omnia vt nõ
improbo, ita in vniuersum iuuare
nego. nõ secus tamen ac theriacos
sales modice lõgiq; tẽporis spatio
præsidiũ afferẽtes opitulari verisi-
milius est. Destillatũ etiã ex puris
ligni sancti ramẽtis si nihil admi-
sceatur, ne ipse quidẽ omnino re-
iecerim: q̃uis imbecillus admodũ
eius est vsus. Quod ad oleũ perti-
net, quod iuniperi modo extrahi-
tur,memini me interdũ tũ per se,tũ
ex nucis Indicæ pingui ad artuum
vellẽtes excruciãtẽsq; dolores ad-
hibuisse:sed perexiguo,ac vix vllo
eorũ,qui vsi sunt cõmodo, sine vi
agentis decoctionis. Sequitur vt
huic disputationi colophonẽ im-
ponamus, si mõstrauerimus, ligni
sancti naturam nullam aliorũ pa-

ti medicamẽtorum admiſtionem.

Hoc medicamentum nullam admiſtionem recipere.

Inoleuit iam vulgo conſuetudo quorundã, hoc lignum tam cõtumelioſe tractantiũ, nulla vt habita facultatis eius ratione (quæ haud dubie immenſa eſt ac propè diuina) non ſolum iuſtũ coquendi eius modulum peruertant, ſed cum eo etiam infinita inutiliter cõmiſceant, quorũ nec ſentire in hoc malo vſum vnq̃ potuerunt. Quaſi horum, vel aliorum quorundam, vel ſimul omnium miſtione, indigere medicamentum hoc exiſtimarent, quod profecto ſumma diuinæ bonitatis iniuria, quæ nobis tam ſæuo in malo præſidium hoc vnum tandem largita eſt, fieri enituit: cui nó gratias (vt debemus) agimus, ſed auxilia ab ijs emẽdicamus quę

nunq̃ iuuerunt,& audemus ea interdum, quæ naturam habẽt diſſidẽtem copulare. Quid enim vino cum ligno ſancto cõuenit? nempe propemodum quod cicutæ. Atqui vinum ſi poſt cicutam potetur, à morbo hominem vindicat: ſin cũ eadẽ, perimit q̃citiſſime: vnde Plinius ex Androcydis ad Alexandrũ præcepto, ſicut cicuta homini venenum, ſic cicutæ vinum eſſe prodidit. Quæro autem quis ad ſanitatem reduci vnq̃ potuerit, qui cũ ligni decocto vino ſit vſus ſtatim à curationis rudimento? Profecto cachecticos nobis & ſenes producent, itémq; pituitæ ac atræ bilis naturam referentes, quos decocto ex vino nunc curari paſſim neſcio q̃ vere dictitãt. Nouum iactantes experimentum, & artes perfici inuentorum adiunctione, clamitan-

tes,ac ſexcenta eiuſmodi. ſed quo pertinet hoc hominum genus liberaliorem victus rationem ſequi, quæ in ea tractatione, quam cum vino experiuntur,omnino permittitur,cum vel illi propè ſoli exquiſitiſſimo vitam ieiunio poſſint exigere?Veruntamen ijs,quo reſpondeam,beneuolo mihi, & æquo lectore opus eſt, qui hac de re non ex ſuffragiorum multitudine, ſed argumentorum robore, iudicium faciat. Vellem itaq; magnopere,ad vtilitatem ſalutémq; communem, tãtum mihi hoc tẽpore vini vſum commendare liceret, quantum vituperare cum Sileno Dionyſium, Nymphis approbãtibus ac exultãtibus,cogor.Nam mihi quid optabilius, q̃ placere quamplurimis? non ex vulgi fæce, ſed celebriorũ ordine:non ex ſeruitijs,aut merce-

narijs, ſed heris ac dominis: non priuatis,at magiſtratibus, nobili= bus,regibus,imperatoribus,ac de= niq; pontificibus : ſi quo fato iſti, quaſi maiorum gentium dij qui= dam,communi hac contage con= taminarentur. Quod illorum ne= mini adhuc arbitror vſuueniſſe. A quibus etiã vt quamlongiſſimè hanc peſtem auertat deus,oro atq; obteſtor. Quid inquã gratius atq; iucundius,q̃ ab omnibus volupta= tis gratiam capere? Certe medi= ci partes ſunt tutò,celeriter,iucun dè curare:Duo priora ſemper aſſe= qui poteſt,tertium non ſemper. Et quis hodie non quiritatur,à medi= camentis ſępius inculcatis ſe diue= xari? Quis non horret medicos,ni ſi vrgentis mali neceſſitate com= pulſus? Quis non ſibi hoc tempo= re Theſſalios cuperet,qui decuban

tium delicijs ſubſcriberent,& me-
tam gerendorũ voluptatẽ ſibi pro-
ponerent? Nónne ſeculi huius ho-
mines tales aliquot in mediũ pro-
ferre poſſemus? Et nos ſi efficere
poſſe, quod ars poſtulat, ijs rationi
bus ſperaremus, idem ſectaremur.
Sed voluptati ſalus pręferenda, ſed
vtile dulci. Omne tamen punctum
tulit (inquit ille) hæc qui commi-
ſcuit. At bellos temperatores, qui
non ſolum inutile dulci perfun-
dunt, ſed amarum quoque ſpecie
dulcis inutili committunt. Quid
hoc inſaniæ eſt? quod nouum de-
mẽtię genus? ſiccine laboratur redi
mẽdis per mortes ægris? aut verò
protrahẽdis in infinitum iſtorum
miſerijs? Atqui voluntati ſuorum
liceat ſubditos hac in parte appel-
lare, inſeruiunt, obſecundant, ac
quæſitis longe latéq; genus omne

delicijs voluptatibúsq; deliniunt, adulantur,qui frigidam dabunt si poscent, qui lauabunt cum iusserint, qui niuem vinúmque porrigent:vinum, certe quidem vinum quos non videmus hoc in malo porrigentes,vbi non expedit? Galenus ætatis suæ medicos mancipijs comparat, non illos quidem ab Aesculapio ortos,qui tanquam duces militibus,reges subditis,imperare ægris didicerunt,sed tortores nequissimos, & latrones flagitiosissimos, impudentissimósq; lenones,qui medicorũ titulos emen tiuntur,& Thracum nihilo secius ritu parent. Quorum nunc exempla graui interdum laborantium detrimento imitari boni quoque coguntur,alioqui reiectitij ob flagriones istos vilescerent. Itaque vnus & alter vino vsus fortè for-

tuna curatus eſt,non obſcura perſona fuit,reſtitui omnes eadem ratione contendunt.Attondit ſplendidus quiſpiam comam, id vel ſimij ſequuntur:barbam nutrit,quis non æmulatur?O ſecula,o mores! idem poſtulabitur in medicina?At non deſunt aſſentatores, gratię aucupatores,qui ita factitandum eſſe docere ſe poſſe profiteãtur,quod nũc in vino & ligno ſancto vulgò vſurpatur. Nec audiunt Huttenũ vociferantẽ,ſimul vt res ibi conueniũt diuerſiſſimæ, diſcrimẽ eſſe,& mortis metũ impẽdere. Cur nõ cũ ſale vſum eius edocẽt?Nõ ſapit ſcilicet ſal palato. Adeóque infatuamur omnes, & vitã illã humaniorẽ,quã ſine ſale Plinius ſcripſit nõ poſſe cõſiſtere,repudiamus. Et indulgeri noſtro genio poſtulamus. Exorietur tãdem aliquãdo nouus

commẽtator, & ſales, ſi dijs placet, cõcinnabit guaiacanos, aut palo=ſanctanos, videlicet vbi ad ſapientiã redierimus. Nunc cum bacchamur, & nihil aliud q̃ crapulamur, cõfinxiſſe vinũ guaiacite ac palo=ſanctite oportuit. Nam & fieri per muſtum minus fortaſſe quiſpiam miretur. At decoqui ex vino lignũ atq; aquã immiſceri, & ad eã legẽ etiam corticem accedere, qui propter amarorem ab eius oræ vnde adportatur indigenis reſpuitur, audiens totus horreo ac cõtremiſco. Nam humanas etiã carnes aſphalto, aut cedria, aut neſcio qua alia conditura pro piſſaſphalto accumulant, ſanguinem item humanũ, oſſa, aliáque innumera putida mehercule & dira. erit adeo qui ſtercus, & nullũ ſcelus refugiens, geniturã nõ dubitabit inculcare. Qui=

bus quæſo qd facias,cũ nunq̃ deſit ſua impuro prꝺſtigiatori ſtrophaꝫ ſed mihi in prꝺſẽti de vino cogitã dũ relinquitur. Hoc enim multos torquet ac ſollicitos habet,cur nõ ꝺquè ex vino,atq; ex aqua incoqui ſanctũ lignũ poſſit. Quod proble=ma,cũ multis nõ careat ratiõibus, iiſq; minime futilibus,tñ vna mihi ſatis arridet ac plaudit, quã haud ſcio alij quãti facturi ſint:vinũ ad ignẽ coctũ,maxime longi tẽporis mora naturã mutare, & in acidũ quiddam degenerare,nemini du=bium. Adeo vt qui acetum ex vino curant,decoquere illud ſoleant, & multis diebus in ſole habere. Quã porrò noceatur ex aceto vniuerſæ prorſus naturꝺ,præſertim ſi immo dicè hauriatur, conſiderandum re linquo:ſed in hac cura q̃ alienum ſit acremẽto ſuo,quo ſtatim ſe pe=

netrat in omnes corporis partes oxypori modo, vt cremoris, qui paulatĩ agit,operi locus nõ detur, veriſimile eſt. At maneat vinum. nam niſi acuerit,nõdum forte acetum eſt, & aceſcit tamen:niſi forſitan non decoquunt, ſed ſolum idipſũ affũdũt, quod macerato ex ligno vim eius elicuit,id quod interdũ facere illos video. Eſt verũ authore Galeno, vinũ ὄχημα τροφῆς, hoc eſt vehiculum alimẽti. fateor. ſicut & medicamẽtorum. non abnuo. At dabitis mihi hanc veniá, ſi nouella ex eodẽ,nec deductionẽ nutrimenti in corpus, nec vrinas promouere commonuero. Sunt autem huiuſmodi ferè omnia,quę in Gallia noſtra potitantur, vtpote vix annũ ferentia, niſi fortè vetera dicas eo nomine ꝙ cito fugiát. Quinetiam ſicut nec pueris vinũ

accõmodũ existimatur, sic nec iã adultis, nisi modice sumptũ, & in tẽpore, vt Gal. tradit primo tuendæ sanitatis. Ad hæc ieiunis potũ (quod & hic fit) veneni instar pestilẽs esse pręedicat. Item ad libidines homines præcipites agit, qua vna offensa nihil huic labi magis aduersarium. Venter etenim mero æstuans, facile despumat (inquit ille) in libidines. Partem animi rationalem hebetẽ turbidámq; reddit, atq; ad iram pronos efficit. Iã quam vim habeat penetrandi artus, & compagines soluendi, neruósq; oblędẽdi, quid post Celsum opus est commemorare? de articulorum doloribus in hunc modum tradentem: Quidam cũ toto anno à vino, mulso, & venere sibi tẽperassent, securitatem totius vitę cõsecuti sunt. Galenus præterea sa-

tis docet,quam vim habeant exci tandæ podagræ vina potẽtia, ante cibũ prꝍsertim ſumpta, in cõmẽta rio aphoriſmi,Eunuchi neq; poda gra laborãt & c.Et alibi neq; vinũ neq; balneum plethoricã ferre diſpoſitionem tradidit.Poſtremo vinum corpus totũ concutit,& quod Cicero inquit, ægrotis raro prodeſt,nocet ſæpiſſime. Idem Galenus in eo libro,quo corporis temperaturam animi mores ſequi demonſtrat, ex Platone multa affert de vini pernicie,maximéq; ꝙ Plato tanq̃ hoſtem obſeruandum cauendũq; cẽſeat. Omitto Carthaginenſium ea de re leges,nolo in ijs longius progredi.In ſumma enim hoc ſcio,largam vini potationem malam: moderatam non ſolũ non malam, verũetiam cõmodã:quod idẽ Galenus tradit libro modò ci-

tato, ſiquidem moderate ſumptũ euidẽter reuera coctioni, digeſtioni, & ſanguinis cõfectioni conducit. Accedit eodem ꝙ animum noſtrum manſuetiorẽ iuxtà atq; audaciorẽ efficit. At tempeſtiuè ita pręberi vinum debet, ieiunis autẽ & ante alios cibos non tẽpore dari, latet neminem. Sed potens eſſe negabitis, ac fortaſſe quale ſit me rogabitis, cum multa aqua dilutũ eſt. At quid hoc refert, cum copioſũ & affatim prębeatur? Iam quãlibet eius conſtent officia, huic tamen malo ſubueniſſe nũq̃ eſt deprehenſum. Quod non ignorans Syphilis, inquit:

Nulla Ceres illos, Bacchi nõ vlla iuuabant
Munera. Quã ob rem vt cõcoquat, digerat, aliáque efficiat, quæ vſui eſſe poſſint, etiam citra vllum dãnum, nequaq̃ tamen huic malo

quicq̄ contuliſſe conuincetur. At compertum (inquiunt) penetrationem eo adminiculante efficacius fieri. Quid attinet medicamento quod pedetentim effectionis ſuæ curſũ perficit, calcar addere? Quãto ſatius eſſet maturare, id eſt, feſtinare lente, quod græcorũ prouerbio celebratur, σπεῦδε βραδέως. At vinum calori ingenuo aptiſſimũ eſt. Iccircóne ieiunis, aut copioſe datũ? Quaſi nõ plus hac in lue ligni ſancti potio cõferat, quam calori innato conſpirantem tepore congruentiſſimo omnes fecerunt. Sed vini ſubtilitate ad partes longinquas medicamentum fertur. An id ipſum munus nõ obit Indici ligni ſimplex decoctum? quod ſtatim vt hauſtũ eſt, vndequaq; ſudores elicit, vt ad medullas vſq; penetrare perſentiatur. At humorum fuſiles

reddit concretiones. Vtrum horũ melius id prȩſtet, iudices ſenſus facio. Nónne extremas partes exangues & longe à caloris fonte remotas hoc epoto digeri, & infinitis ſudoribus perfundi, quod fuſorũ argumentum eſt humorũ, vidimus, ac tandem ex peruicacibus deploratíſq; malis eas cõſaneſcere, quæ lues iſthæc inuexerat? Quid ſcirrhos, oſſa occalleſcentia, reſtituto priſtino æquore memorem? quid podagras, chiragráſque? quid alia innumerabilia? Sed in virtute languida, ínq; appetitu proſtrato, & malè coquente ventriculo, vinum deligẽdum. ſi excoctum vinum dicunt, ídq; medicamento permiſtũ, vix auſim aſſentiri: ſin ſyncerũ, & à dolio recens, fateor. Nam calidũ ſudores mouet, quod & ſimplex facit ligni poculum. Hac re imbecil-

litas quæ efficit ne suũ virtus finẽ assequatur, nõ instauratur, sed reparata, quę deperijt aut oblęsa est, substantia. Id verò frigidum efficit vinũ, fuluũ, ac tenue. quorsũ ergo opus est de vino feruefacto medicatóq; agere? At substãtia vires reparat vinum, nõ priore qualitate. Esto. istud verò quomodo efficiat attendẽdũ, & paulatímne, an celeriter. Certe cõstat vinum q̃ celerrime nutrire. Nam quæ vniuersim ac subitò alunt, Hippo. inquit eorum etiam veloces excretiones fieri. Quod de vino audit Galenus q̃maxime. Quid ergo cum cremore nostro, qui sensim id perficit, cõmune habet? vinum ex immodicis vacuationibus defectiones sanat, nostrum ligni decoctũ simul atq; vacuat, in eiusdem quod abijt locum salubres succos reponit atque

ſufficit. Sed quid rationibus cum ijs pugnamus, qui ſe ſibi pollicentur vel Iouē è cęlo deturbaturos, ſi ratiunculis ille, nō fulminibus ageret? Nimirum parati imponere Pelion Oſſæ gigantes prodigioſiſſimi. Sed capita, quę de vino immiſcendo coaceruarunt, proſequamur, vſq; dum omnibus planum fiat illos, neq; ratione aut cōſilio, neq; experientia quæ afferunt, cognouiſſe. Quare tertium aliquod inſtrumētū habeant neceſſe eſt, vt Theſſalo Gal. obijcit, quo ad hæc accedūt, ſi quidē eos accedere credibile eſt. Nam ratio ad inuentiones viam ſternit, experientia verò inuenti fidē facit. Equidem q̃pluri mū vini decoctū periclitatus, neminem tamen vnq̃ (deum teſtor immortalē) vel leui ex morbo recreatum conſpexi: quin potius po

ſtea grauius omnes conflictatos, vſq; adeo difficile eſt aliquod auxilium inueniſſe, quod citra noxã magnopere proſit: vt quod longa vſus exercitatione nobis comparauimus, mordicus tenere debeamus. Sed an ſibi iſti erroris conſcij nõ ſunt, qui ex vino decoctionem autumant vegetiorem ac vehemẽtiorem? Ideóq; cum in debiliori, vt aiunt, hoc eſt ea, quæ aqua fit, experiantur infinitas vires, neceſſarium ducunt, tanto maiores eſſe in eo poculo quod ſibi cum vino apparatũ violentius eſſe perſuaſerunt. Quid hoc niſi argutari eſt? Attamen deprehẽſi ſorices ab experientia non ceſſant perſtrepere huiuſmodi ſtridoribus: *Quòd ſi morbus vnica decoctionis viníq; exhibitione curationem non ſuſcipit, huius quidẽ cauſa eſt, quoniam nonnullæ ſunt medi-*

cinæ calidæ, quarum caliditas ab alicuius ægritudinis frigiditate minoratur: quare penitus in eam non agit, & quandoq; quũ maligna infrigidatione administratur, leuiorem inducit calefactionem. Bella me hercule ratio, quãobrem hæc subiungat: *Quare frequens vini atq; decoctionis reiteratio fiat, donec praua morbi qualitas adimatur.* Cur non potius ad vini stillatitium laticem, qui impensè feruet, hac ratione cõuersus est? Quid enim nõ isti somniant? Vidi qui ex cęlo illo suo (ita enim quintam vocabat vini essentiam) promitteret cum ligno sancto intra treis dies omnẽ se labis istius maculam deleturum, cum recentem, tum veterem: iste verò veterẽ vino restitui melius existimat, cũ ab experiẽtia vocetur in cõtrarium sensum. Atque vtinam illorum voto quod petunt responde-

ret. Porrò autem cur in malo inue
terato cardi benedicti manipula=
rem fasciculum, vnà cum vini sui
præparatione, & reliquis simplici
bus (vt loquitur) infecta confortã
tibus, sicut habetur ex illius tertia
hypothesi, admisceri postulat? An
quia vinum quod inueteratã mor
bi radicem destruere suprà dixe=
rat, nunc non possit virus absque
cardo benedicto, quam atractyli=
dis speciem arbitramur, elicere? si=
cuti ventriculum non poterit de=
linire forsitan absq; galanga (quẽ
quidam cyperum vocant babilo=
nicum, alij acorum putant) aut cer
te mentha. Quis hanc mõstrauit
rationem? Quis corticem vnà in=
gerẽdum, qui est amaro gustu, do=
cuit? Quis cum leuissimo sit pon=
dere, eum huius modum pręscri=
psit, vt ad ligni pondo librã triens

corticis perpetuo accederet? Hóccine ratio admonuit feruentia tẽperatis miſcere, leuia grauibus? Atqui vnum omnibus pedibus calceum ratio non circundat. Et melius tamen fieri poſſe in mediocri, quàm excedente habitu formáque cenſemus. Illi autem neſcio qua opinione freti ex vino refrigerantia cum opus ſcilicet eſſe putant, confundunt. Quod vno modo putant perfici, ſi nõ per ſe ſaltem per accidẽs. Quod alioqui cum aqua deſperãt niſi ex multiplici variáq; coctionis permutatione. Atque in publicum prodire, qui curãtur, Ferrus iubet, itémq; recreatrice, quã reſumptiuam nominat, perpetuo vti dieta, quòd vini caliditas vernaculum excitet calorem, eiúſq; digeſtio celerior ſit, ac penetratio velocior (vtor verbis eius.) prętere

quòd humiditatibus resistat, isto nanque curationis modo (inquit) carne vesceris mane & vesperi. Nimirum, hoc illud est antiquum Romanorum primum vina degustãtium, verbum vsurpare vetus, Nouum vinũ bibo, veteri nouo morbo medeor. sed ad excusationẽ socios proferet doctos aliquot: Matheolum illum fortasse, qui de Gallico morbo scripsit. Qui nescio quo numine afflatus πλησίσιον esse vẽtum, vt Homericum verbũ vsurpem, quis credat? in hęc verba prorupit: *At si vino lignum incoquere placuerit, maiori cum vtilitate curam efficies. nam in pituitosis felici successu ego sæpius periculum feci.* Quę verba si vera sũt, non à ligni tota substantia, quę vino repugnat, sed à qualitatibus primis ac secũdis, quas sortitũ illud est, sanationem factam esse existi-

mandum. Massa autem, qui in cõ-
plicatis affectibus interdum vinũ
cum decoctione concedit, *Si possi-
bile (inquit) est, vinum dimittere oportet,
& nullo pacto bibere.* Tantum abest,
vt ex vino lignum coquat. Pollius
etiã enumeratis potibus aliquot,
vt quartũ statuat vinũ, quod debi-
lioribus assuetísq; tãtũ permittit,
vino tñ minime excoquit. Quod
nequicq̃ fieri arbitrabatur. Et qua
tandem fronte ad vini cocturam
recte se peruenisse asseuerare aude
bũt? Cum nullo pacto vinum hoc
morbo profuisse cognouerint, sed
planè repugnare curationi ligno
sancto perficiendæ intellexerint.
An hoc ex methodo didicerunt?
Et sicut Gal. ex cera & oleo quæ
sordidum vlcus reddunt, tum æru-
gine quæ carnem exest sarcoticũ
inuenit medicamentum, ex cõtra-

rijs ſcilicet,quæq; mutuo ſe hebe-
tarunt:ſic ex vino quod celeriter
quidem nutrit, & ſancto ligno,
quod paulatim, ac rurſus ex illo,
quod arthriti aduerſatur, & hoc
quod dolores omnes lenit, mediũ
quoddam mitigarunt, quod neq;
dolores ſedaret, neque vllo modo
inſtauraret. Quod ſi non eſt, age
dicant nobis, qua ratione ad hanc
venerint compoſitionem. Itaque
vinum, vt cõſtat, tota ſubſtãtiæ ac
proprietatis conditione ligno pu-
gnat. Quemadmodum ſal, quod
ſatis arbitrarer eſſe ad compeſcen
dos omnes iſtos nugatores. Sed
enim cur in apertum prodeundi
ijs, qui ſuo more curantur poteſta
tem faciunt? Quæ hæc eſt indul-
gentia? An quia calore vini inte-
riora munierunt, externas nõ hor-
rent iniurias? Nam ſudandi aiunt

molestiá perpeti non cogeris. Cur ita? Præsentia vini externæ putrefactioni resistere videtur. Nunq̃ cognoui quenq̃, qui exteriores referret putredines, cum de intestinis causis maxime quæratur. Et quas nobis externas narrant putredines? An iam iam excitaturas morbum causas, an vero iampridẽ extrinsecus illatas? Quę ipsæ mox esse desierunt. In hoc enim curę totius cardo vertitur, vt succi è corpore vitiosi exigantur. Nam qua ratione obstructis spatijs vacuentur, nondum video. siquidem neq; per vomitiones, neque secessus, neque vrinas, adde si placet hæmorrhoidas, menses, cæteráſque sensibiles vacuationes, expurgantur. Restat igitur, vt per insensiles efflationes. Profecto quanto fortius emicuerit calidum insitum, tan-

to magis difflatio ſenſum effu=
giet. Quis negauerit? Roboratur
autem calidum innatum, fortaſſe
non hac ratione,ſed faciamus ita
eſſe. Igitur corrupti humores ſine
ſenſu inualeſcente calore abigen=
tur:ſunt enim,vt Diocles dicebat,
ſudores præter naturam. Verùm
oportet omnia quæ ad corpus atti
nent,recte eſſe adminiſtrata,quod
in ægro corpore, in quo natura
inordinatè agit,minime fieri po=
terit.Præterea violentæ cauſę ſũt,
vt,niſi foraminibus patẽtibus, pe=
riculum ſit,ne rurſus intrò tenua=
ti humores ferantur, vt Gal. ter=
tio Naturalium facultatũ de mo=
mento expultricis.Vnde oriri cru=
ciatus neceſſe eſt, quod in mul=
tis ita tractatis non ſine vitæ diſ=
crimine haud raro vſuuenit. Iam
quãdo carnes illis largiuntur, cur

ſecum ipſi non reputant, ligni ſan-
cti difficilem eſſe à natura confe-
ctionem? qua prius cauſa recte mo
uebantur, vt parũ in ligni vſu eſſe
edendum profiterentur. Nunquid
vinũ illam concoctioni vim reni-
tẽtem ligno ſancto adimit? Certe
rheo Indico perinde vinum quum
eo paratur, purgãdi auferret facul
tatem. Vides vt ſurſum deorſum
omnia miſceant & quæ ex diame-
tro ſuis hypotheſibus pugnant, ve
lut letheo perfuſi liquore, aut vini
meracioris dulcedine temulenti,
nũc admittãt atq; recipiãt, nõ ſatis
in obligationibus, quas vocãt, ex-
ercitati. Verùm inſpiciamus tandẽ
quomodo ad præclarã vini cõpo-
ſitionem tam egregij viri deſcen-
derũt. Nam ſubit mirari cur Aui-
cennã in principio ſecũdi & quin-
ti Canonis non audiant dicẽtem,

Et parum medicinarum melius est plurimo in intentione vna. Quæro igitur ecquid deesse videbatur ad Gallici morbi curationem in ligni sancti decocto? quod ipsum, vt concedũt etiã illi, vi occulta, quam toti substãtię acceptã ferunt, operatur. Nõ est nobis, inquiunt, vnica intẽtio. Sed obijciet quispiam: Quid vestra nobis proponitis cõsilia, si ad manum habemus, quod tam dirũ morbũ possit elidere? quem nullo pacto vestra ratione omnibus etiã tentatis mitigare valuistis? Saphirus anthraca fugat, vt supra diximus, smaragdus venenum ab animantibus virus eiaculantibus incussum ex toto corpore prolectat: quid attinet in hisce cum per se cõmode admouentur cõpositionem comminisci. Exploratum ne vobis est, cinno vires retineri ac ne cor-

rumpi? Certe forma vna quæpiã, quæ non ex eorum, quæ miſcentur merito conflatur, ſuccedit interdũ, & functio contraria nonnunq̃ ſpe ratæ obuenit. Quis vos nõ ita fieri Apollo monuit? Sed percurramus cauſas compoſitionũ, vt videamus nunqua vos adegerit ad tam portentoſas permiſtiones. Nam quanto ex paucioribus compoſitiones fiunt, tanto cõmodiores habẽtur, & ſpectatæ non ſpectatis ſunt tutiores. Neceſſitas igitur quę nos ad concinnationem medicamẽtorum aliquando poteſt adigere, ad hanc eos inuitare nõ debuit: cum ex ligni ſancti vulgata præparatione infinitos perſanatos videre potuerĩt, qui nulla alia ope reſtitui quiuerant. Ac nullos, rectè accuratos dico, ſibi non redditos huius beneficio proferent. Quid igitur ad cõ=

poſitionem ſe contulerunt? ſi ſim-
plicibus omnes curare ęgritudines
ac in omnibus datũ eſſet, miſcella-
neis haudquaq̃ egeremus. At, in-
quiũt, omnes quæ animo occurre-
re medico ſolent intentiones, hoc
vno ſimplici medicamento cõpre-
hendi nequeunt. Nempe enim in
profligãda vna quapiam ægrota-
tione, ad multa nos attentos opor
tet eſſe. Ac virtuti in primis ſtude-
re: magnitudinem quoq; morbi a-
nimaduertere: item cauſæ intende
re: quæ ſi materialis eſt, indicatio-
nes petit, tum à qualitate, tum co-
pia, tũ ſubſtãtia. Rurſus loci nobis
cura eſt ac temporis. Deinde mem
bri naturam eiuſdémq; cõmerciũ
contemplamur. Poſtremo quæ ijs
conſentiunt aut diſſentiunt, cuius
generis ſunt, ętas, cæli ſtatus, & cę-
tera, quæ appendicis nomine cen-

ſentur,conſulimus. Aliáq; infinita ad quę reſpicere medicum interim neceſſe eſt,quę contraria aut ſe offerunt, aut eum tanq̃ vrgentiora ab affectionis cura,vel cauſę prouiſione auocant. Pro quorum ratione medicamēta alia atq; alia ſunt miſcenda, & in vſum adhibenda. Sed quid hæc omnia ſimiliáq; obſtāt, quo minus lignum ſanctum, quod vi ſua occulta affectui,quem induxit contagio,etiam cæco ſurdóq; alioqui medetur,par eſſe poſſit malis vel contrarijs depellēdis? Quandoquidem virus illud ex affrictu conceptum,rationem habet ſine qua alij affectus curari nequeunt.Porrò ad virus illud eliciēdũ, ſolum & non permiſtum eſſe poſtulat, ſimpliciſſimóq;, vt docuimus, modo apparatũ, in quo etiam experiētia fidem facit.Sũt enim quę-

dam quæ aliorũ ſocietatem refugi-
unt,quorũ ratio reddi nulla poteſt.
Nam quid eſt cur iuglans cunctis
ferè ſatis atque arboribus noceat?
Quamobrem vitis cum omnia cla
uiculis ſuis cõplecti ſoleat, ſolam
refugit braſſicam?an hoſtem(vt il
le rogat)intelligit in proximo?Eſt
itaq; vino braſſicæ ſuccus contra-
rius, eóq; contra temulentiã bibi-
tur.Quercui tam male cõuenit cũ
iuglande,vt iuxtà cõſita,eam quæ
cæteris pernicialis eſt extinguat.
Rurſum cum eadem quercu oleæ
πόλεμος,vt græci dicunt,ἄσπονδος: vt
ſi in alterius altera ſcrobe depãga-
tur, vtraq; emoriatur. Cur ſiliqua
Indica,quæ nigra ac fiſtularis A-
ctuario caſſia eſt dicta , ſolitaria
ſpatiari amat,vt veſter Meſues ꝓ-
didit nónne experimẽtis credi par
eſt?Suſtinete quæſo hoc loco audi

re Auanzoarē hocmodo ſonātem, *Dico quòd experimentum ſemper eſt libra & ſtatera iuſta & æqualis, quanuis ſim certus quòd multi ſophiſtæ multa poſſunt adducere ſophiſmata erronea, quæ veriſimilia eſſe videantur cum ſint falſa: & hoc ad dialecticos ac logicos pertinere habet, non etiam vllo modo ad medicum*. Sed iſtum, ſat ſcio, in hoc nō audietis, & ſtrenuè experientiæ reclamabitis. Nos verò rationes veſtras tāq̄ ineptias auerſati, facile contemnemus, quòd certum habeamus omnia, quæ ſunt neceſſaria virtutibus propter quas medicamenta tē perantur, in hoc ligno reperiri. Et ſecūdum eandem facultatem, nec plus nec minus ea ipſa indigemus. Huc accedit, vires eius vniuerſas ad id quod molimur, eſſe neceſſarias. Et nihil alienum eſt aut inutile, quod noxam corpori poſſit inue

here : vt non ſit opus refractione aut aliqua temeraria compoſitione. Primum vniuerſalem huic lui medelã omnibus qui ea de re ſcripſerunt cõſentiẽtibus præſtat, éſtq; ſolum tãtæ labis alexicacon. Rurſus medicamentum habetur temperatum multis dotibus, ijſq; contrarijs præditũ, adeo vt & ſtringat & reſoluat, calfaciat & refrigeret, aliáq; multa & diuerſa temperate citráq; vllã iniuriã obeat. Adhæc ſolitariã eius naturam eſſe docuimus, quòd nuda ſimpléxq; ſit libenter. Quod probamus vel ex tẽperatis, quorum coniunctioné refugit, neq; enim cum ſaccharo vel glycyrrhiza, quę ferè moderata ſũt medicamenta, tam fortiter agit, q̃ per ſe. Præterea vt hæc modificata in ſuum contuberniũ admittere non detrectaret (neq; enim illi ne-

gotiũ exhiberent) tamen non eſſet neceſſe, vtpote ſine quibus nõ mi=nus quo ſperamus, perueniatur. Miſcilia enim ad medicamẽti cõ=cinnationẽ eligũtur ea gratia, vt id efficiãt quod quæritur. ſed nullũ à ligno ſancto vnq̃ inuẽtũ eſt, quod ex integro & abſq; offenſa hoc poſ ſet aſſequi. ſiquidẽ vires curandis huiuſce luis affectibus, contrarias ex tota ſubſtãtia ꝓpè ſolũ retinet, excepto argento viuo, quod tamẽ non citra noxã (vt indicauimus) operatur. Quocirca nec baſis (vt vocant) rationẽ, hoc eſt præcipu=um munus, in compoſito obtinere meruerit. Cum vnũ ſit, quod citra cõpoſiturã atq; noxã vllã, tãtundẽ ac multo plus præſtet. Quinetiam aptatur hoc cõmodiſſime locis af=fectis per decoctionẽ ex aqua pu=ra: quando, vt videre licet, in vni=

uerſum abit corporis habitū: tum quadā familiaritate ſubſtātiæ, vt ipſius vim cōtinēter partes omnes cognatione ad ſe pertrahāt: ſic ſuo proprio concremento facultatem in vniuerſum corpus etiam ad ipſa vſq; oſſa, quę inſenſilia exanguiáq; ſunt, deducit. Et quo acore prę ditum eſt (ſentitur enim acido leniter ſapore) etiam per obſtructos obturatóſve meatus, eóſq; quamlibet aut anguſtos, aut conniuentes ſubire cogit. Nam & tenuis quoq; eius ſubſtātia quadamtenus percipitur. Quæ vna cauſa eſt, cur vim ſuā in remotiores partes deuehat: neq; indigeat vehiculo, quod patet mira & ſubita in corpus abitione. Hic etiā cremor tenacitate aliqua non caret, qua affectis deinde ſedibus aliquantiſper obhęreat: & verò craſſus eſt ptiſanæ in mo-

rem, vt etiam alat, & vim ne effluat, partibus reficiẽdis cohibeat. Est præterea illi facultas quædam insita concoctionem impediens, qua principem suam virtutem à natura prius non sinit euinci, quàm omnia affecta membra contigerit, suóq; muneri satisfecerit. Ad istum enim modum conseruantem tantummodo victus rationem deposcit, propterea ꝙ ægre cõcoquatur. His autẽ rationibus nihil aptari, aut commodius, aut etiam felicius potest. Quid ergo in tot ac tantis huius dotibus vino opus est, quid herbis ad mẽbra ducentibus, quid alijs fallacijs? Quorsum verò necesse est alia ipsi commisceri? Quis iste prętextus esse potest? Nihil etenim corrigẽdum arbitror, quoniam neq; quod vehementiam eius retundere, aut imminuere possit,

vnq̃ offendemus, cum nihil violenter agat: neque enim molesta eius existit vacuatio, quæ per sudores excutitur, qui ante corporis fatigationē cessant, & vacuato corpore salubre per epicrasim reponit, quē in locũ oportet. Augere verò eum facultatibus cum piger non sit, nec cunctetur, aut procrastinet, sed assidue in finem vsq; suo munere fungatur, quo tandem pertinet? Profecto intra paucissimos dies à sæuissimis malis deploratos etiam mirabiliter vindicat. porrò quid vires eius intendere duplicaréve posset, cum adhuc inuentum sit nihil, quod leniendi tantilli in speciem mali copiam nobis fecerit? Cæterum neq; præmunire corpusculum hunc excepturũ necesse est, aut per totã eius substãtiam, aut per qualitatem, quæ sunt vel corporis natu-

ræ,vel partis familiaria.Ac ne corpus illius noxæ affine ſit, metuere nõ debemus.quippe quod nõ modo nõ noceat,ſed iuuet mirandum in modũ. vt non dubitem liquidò affirmare , iuueneſcere illos, quaſi palingeneſia renatos,qui ſcite hac ſe potione proluerunt . Quæ cum ita ſe habeant,cur vim eius exacuere, cur corrigere aut velut piaculo auerruncare id quod inſontis ingenij eſt,moliemur? Cuius vſus etiam pergratus ac vniuerſæ propè naturæ acceptus,veluti germanus , ac conſanguineus habetur. Quo ſpectat autem iterum de ijs meminiſſe , quæ vim eiúſq; ipſius opus melius conſeruant? Cum ferè temperies eius vel corticis permiſtione corrumpatur . Quin dũ ad aliud inſtaurandum poculum redire liceat,commode per ſe tan-

diu apparatum cõſeruatur, vt mellis conditura nihil indigeat. Præter hæc quæ à nobis ſcripta ſunt fructum alium percipere nullum potuimus. Neque ſanè ratiunculis neſcio quibus futilibus, ſi experientiæ non reſponderint, credi vllo modo velim. ſi quis autem diuerſum à nobis periculum fecerit, omni ab eo ſtudio contendemus, vti nos qua via ad eam peruenit experientiam, docere ne grauetur, & gratias ei immortales agemus.

DE LIGNO SANCTO NON PERMISCENDO, FINIS.

ERRATVLA QVAE INTER excudēdum obrepserūt, sic emendato.

Folio 13.pag.2 vindicari istos, lege vindicare in istos, vel coërcere istos.
Folio 14.pag.1.cœperunt sursum, lege cœperūt, & sursum.
Folio 15.pag.1.Mesue, lege Mesues.
Folio 19.pag.2.colluuie, lege colluuies.
Folio 22.pag.1.in arctum, lege actum.
Folio 34.pag.2.chymeuico, lege chymeutico.
Folio 39.pag.2.(quod authore, lege sine parenthesi quanq̄ authore.
Folio 40.pag.1.extergeat)non penitus repellat, lege expuncto parenthesis signo extergeat non penitus repellendo.
Folio 52.pag.1.specis non, lege species non.
Folio 63.pag.2.cap.lib.lege capite tertio lib.
Fo.76.pag.2.quā īuenimus, lege quē īuenimus.
Folio 77.pag.2.ligni ex, lege ligni duapondo cū semisse ex.
Folio eodem pag.eadem, si libræ semissem præbent, lege si plusq̄ libram & semissem cremoris quotidie præbent.
Fo.eod.pa.eadē.diebus libra, lege dieb⁹ selibra.

IN IMPERITOS FVcatósque medicos & sophistas, Authore eodem Antonio Gallo Medico.

SI quis miretur stomachosiora mihi scripta excidisse, ac forsitan me roget, cur in hunc accusandi campum non antè lacessitus ipse descenderim: hic mei consilij rationem velim accipiat. In primis sic mea fuit ratio, vt quietiores semper musas coluerim, méque in earum vltro potestatem dicarim, nullius vnquam flagrantem inuidia. Nanque eo nunquam laborasse nos ingenio, vt cui nostro arbitratu malediceremus, intelligent ij, qui pro malefactis beneficia vel inimico reponẽda ex Christiana pietate didicisse saltem nos concedent. Quominus alicuius esse laudis mihi visa est fiduciæ illa formula, INTER BONOS BENE AGIER OPORTET. Quin potius moderandū inter hos

non ſolum arbitratus ſum, ſed etiam inter malos bene agẽdi locum relinqui oportere. Quare cum ex philoſophiæ monimentis formatus, fortitudinis loco duxerim, raris ac ſingularibus quamlibet præmijs inuitatum quempiam ad male agendum, nunq̃ adduci potuiſſe vt male ageret: Ita futurũ gloriæ minime exiſtimaui, vt quis cui obtrectandi conſcientia perculſus, à maledicto deſiſteret. Sed omnino putaui odijs abſtinendum atque inſimulationibus. Propterea committere antea nolui, vt rixoſis ac litigioſis actionibus me dederem. Sed tamen ſtudiorum trãquillitatem tantiſper ſequebar, dum ad philoſophandum me componerẽ. Verum poſteaq̃ perſpexi permultos grauitatis, quã præ ſe gerere debebant, immemores, nihil dubitare, quin ad gloriam aditũ ſibi facerent à vitijs: profecto continere me nequiui, quominus quos habebam amicos, priuatim commonefacerem, ſi quos eo aĩo eſſe videbã, qui præter æquum

ac bonum euadere ad ſumma cõtenderent. Etiãſi *non ignorabam, quod ait ille, altius ituros, qui ad ſũma niterentur.* Modo *enim per plana gradũ facerẽt, eos nũꝙ deterrui. Quos verò nihil ad ſe pertinere admonitiones noſtras ſciebamus arbitraturos, vt ab ea mente deſiſterent vehementer etiam perficere cupiebamus, vt quos vacare æquè culpa vellemus, ſed viã ſatis cõmodam nõ reperiebamus.* Accedebat *eò difficultatis, quòd inſignia virtutis, vt* Cicero *ait, multi etiã ſine virtute aſſequuti eſſent. Quo mi noris illis ipſis facienda noſtra admonitio mihi videbatur, qua fore dicerem, vt virtutibus ad ſummum tandem veſtigiũ peruen iremus.* Adhæc *tria eſſe inter noſtros hominũ genera, conſilia huiuſmodi nunꝙ latura, animaduertebã. Quæ peſtes, etſi bonis omnibus ſtomachũ faciunt, tolerantur tamen hoc tẽpore, magno certè reipublicæ malo, atꝙ totius ordinis ſalutiferi iniuria.* Cuius *ipſius ſplendorẽ certe obſcurare,*

ac nitorem infuſcare, quaſi dignitatem nõ obtineãt, illi videntur. Quorum tamẽ ars fraudi eſſe medicorum ordini nullo pacto debeat: cum iſti medicã perſonam potius laruarum more gerãt, q̃ vt hanc grauitatẽ vere regiã ſuſtineãt. Ex his proinde laruis vna Lamia, vna Empuſa altero pede ſaltuatim clauda hãc tragœdiã excitauit: & ego ſic odi nugatorũ genus, vt niſi animo me ſubſtentaſſẽ, protinus ad eorũ cõſpectũ mihi erat faceſſendum. At recõditas nihilo minus abſtruſáſq; eorum nænias eruere, ne vulgo imponerent amplius, mea intereſſe magnopere ſemper exiſtimaui: alijs autem alia perſtringẽda reliqui. Igitur cũ imperitiſſimus atq; audaciſſimus quiſq; nebulo ad medicinã faciendã hoc tẽpore accedat, nullis medico dignis ornamẽtis inſtructus, nõ arte oratoria, nõ mathematicis diſciplinis, non philoſophia, non deniq; literis tinctus: ſed tantum temeritate atq; impunitate cõfiſus, nõ erit mirandum, ſi hominũ lanienæ

atq; carnificinæ nunc passim exerceantur. Quòd si pro opitulatòribus nepharij tortores, si pro clinicis scelerati lenones, si pro physicis naturæ hostes infestissimi, si pro curatoribus vespillones, si deniq; pro medicis facinorosi carnifices se ingerũt: qui methodum omnẽ curandi ignorãt, qui ratione carent, qui communi iudicio: quid est opus dicere? qui experimenta per mortes agunt, quæ tandem in vita spes erit salutis? Iã splendida horum gesta recensere, quo attinet? Sed illa vulgo circunferunt, sed plausũ inde petunt, sed triũphos sibi decerni publicè æquum censent. Quibus istis quid facias, qui pro prudẽtia impudentiã profitentur: & audent barbati, audent mulati, audent postremo laruati immani corporis fastu põpam tota vrbe circũagere: vicatim discursantes, negotijs omnibus sese implicantes, astrologiã item profitentes, & diuinandi artes porrò secretiores. Reuera non alij, q̃ circulatores & circunforanei archipla-

ni. Sed phaleris ac apicibus additis, quibus non vnus nitet digiti articulus, medicorũ titulos ementiũtur, & vestium cultu, honestorum personas assumũt. Deniq; *in ipso mularũ assessu triũphantes, earundẽ micatus aurium, ad singulos propè passus, dinumerãt, hoc ad grauitatis pondus pertinere existimantes.* Atq; *his artibus sibi* S*uffœni omnibus salutem, sed non nisi antè numerata pecunia ac repræsẽtata, promittũt, quasiq; sub hasta sanitates auctionantur, quas (nisi facta indicatura) recuperandas conducunt nunq̃, scilicet bonæ fidei redemptores.* Sic *fucũ ordinibus omnibus faciũt, leoni me hercule* Cumano *persimiles: qui propterea quòd auriculas gerunt, fustibus æquè vt asinus ille, pelle detracta, perdigni mihi videntur: duntaxat vt resipiscãt, & quales sint ipsi tãdem meminerint.* Etenim *vulgi id verbũ est, lixiuij ita demũ iacturam illũ facere, qui abluẽdũ asini caput ad se receperit.* At *mirũ est esse pecoribus istis*

fautores non obſcuros, quorū nituntur ſtudio, quorū gratia nihil nō audēt, quorū pollent authoritate: adeo vt medicorū celeberrimus ordo efficere apud ſenatū non potuerit, vt vnus atq; alter, qui libitinā hic exercent luctuoſo miseróq; infinitorū mortaliū fato, vrbe detruderētur. Moueri etenim ſe iudices æquiſſimi regijs tabulis cauſificāt, quas ab inſcio tamē rege, ad maiorē videlicet iugulādi homines ſecuritatē, quia viribus ſuis diffidūt nudatæ plumis corniculæ, clādeſtino impetrarūt, & quaſi ſubreptitio dixerim iure, an potius iniuria? ſic ſeſe medicos regios triobolares iſti vēditāt, qui ne ad curādos tanti principis muliones arceſſerentur. Sed quorſū diplomata ac codicillos ſycophantæ iſti producūt? quaſi regis vllo modo interſit aut vacet, de eorū cognoſcere doctrina. Síccine iſtiuſmodi nebulones pro medicis habebimus, quia diplomate emēdicato efferūtur arrogātius? Nōne bullatos (ita pōtificis authoritate per tabulas inaugura

tos doctores dictitant) examinibus probandos, q eã sibi ascribũt potestatẽ, sumittũt? Et nos de regijs istis bullatis, aut ampullatis potius, tanq̃ archiatris nihil iudicabimus? nõ eorum causas cognoscemus? Atqui opificũ vulgus nõ quosuis in suũ artificiũ allegant, quãuis regijs tabellis declaratos, nisi ex virorũ bonorũ arbitratu approbatũ leue aliquod specimẽ suæ artis dederint. Neq; enim sartor ex cerdone, neq; faber ex coquo, legitimè renũtiaretur. Pensum itaq; philologiæ absoluãt, & cyclopædiã teneãt necesse est, qui ad medicinã curriculũ facere moliuntur. Quale ergo futurũ putabimus istorũ specimẽ? Sed aniatrologetos & vappas id genus, cũ obstetricibus, cũ ægrorũ ad ministris mulierculis, cũ ambubaiarũ collegijs, pharmacopolis, mẽdicis, mimis, balatronibus, cæterísq; huiusce farinæ in ordinẽ cogamus: eósque (si lubet) patiamur, Frigus quo, durãq; famẽ depellere possint. Nũc ad alterũ hominum genus veniamus, qui ipsi

ægris laqueũ mãdãt,tãto ſanè altero flagitioſius,quantũ aliquo ſibi eruditionis titulo placẽt:& vtinã gladio iſto,qui furioſorũ in manibus periculoſus eſt, exarmari poſſent.Sed perhibẽdi tamẽ ſũt illi nefarij me hercule,ac vitæ humanæ pernitioſi hoſtes.Quare deeſſe mihi hac in parte nolui, quin eos etiã hic perſtringerem. Hic nigræ ſuccus loliginis,hæc eſt ærugo mera.Nec lõgius faciã.Cupiũt certe illi,tum à pharmacopœis,tũ aſſidentibus mulierculis, adde ſi placet & à tonſtrina chirurgis,idq́ genus ſeruitijs gratiã inire, & famam aucupari, quo in beatos breui euadãt,& potẽtia floreant.Quã ad rẽ de præſcriptorũ ſuorum formulis officinas referciũt, diaria cõplẽt: Quod ad farinas quidẽ certe facere pharmacopœi vidẽtes,extẽplo nomẽ eorũ prædicare,celebrare præconio, doctrinã eueſtigio extollere,& deniq́ obſeruare viros tantos nõ dubitãt.Qui nec referre arbitrãtur, q̃ decũbẽtiũ loculos exhauriãt, dũmodo mul-

tiplicibus medicamẽtis abacos atq; mẽsas valetudinarij onerẽt: sic fit vt clinicæ ministræ religiosè etiam ab istis obseruatæ, & nũmulo fortassis redẽptæ, publicè clamitẽt egregios istos magistellos nihil reliqui fecisse, quod ad morbi curationẽ pertineret: præclare scilicet iudiciũ de tanta arte ferẽtes. Sed tamen medicamẽta ab his instituta, sola propè formularũ cõmutatione differũt, aut easdẽ vires retinẽt, nisi si promiscuè oĩa obtrudũt. Quas formulas, simulatq; ex iucũdissimis elegãtissimísve fastidiũ cœpit laborãtẽ, in putida quædã atq; abominãda trãsmutãt, quæ moribũdis vetulæ illæ inculcãt, atq; in os insertãt inuitis, cũ hæc ipsa vix primis labellis velit sanus cõtingere. Sed vestrã diui Medici fidem imploro. Húccine quæso venimus demẽtiæ, vt sãctũ hoc dei donariũ tã dedita opera cõspurcemus, labefactemus, corrũpamus? siccine medicamẽtorum fasce miseros non premimus ægrotos? Atqui si interdiu vel decies eos

ad ægrũ contingat accedere (Nam ſunt qui crebra ſua viſitatione omnibus ad tædium vſque moleſti ſunt:) toties nouũ aſcribetur Recipe: & mirũ ni manũ de tabula neſciãt tollere, quo videlicet nihil agẽtes aliquid fe ciſſe videãtur. O carnifices omni ſupplicio, omni cruce dignos! Nẽpe perditi iſti cacodæ mones dũ ſic delyrãt, tum omnibus fucum faciũt, tum quicquid in natura bonæ frugis eſt, multitudine velut fomẽtorum perimũt: adeóque pauci ſunt, qui veneficas eorũ manus effugiãt. Sed de tertio genere vt dicamus, iam nos manet expectatio. Peſtilentiores autẽ homines ſecũdũ proximè dictos tel lurẽ ipſam nõ ferre ſæpe animo cõplector meo: qui mihi ſcribẽdi ſegetẽ præbuerũt, qui materiã ad hoc opus ſuppeditarunt: quod vtinã pro rei dignitate exædificatũ ſit, & picturis dignis adornatũ, quæ te optimũ lectorẽ allicere ſaltẽ ac detinere tãtiſper que ant, dũ cauſæ æquitatẽ perſpectã habueris examuſſim. Sed ſcitari te video, in quos tã

dem tã grauiter isti peccarũt, vt sic cõtume liose tractari mereãtur? Dicã autẽ, & quid me ad has ineptias inuitũ propè traxerit, proferã in mediũ. Nã de curru loqui nõ soleo: sed rei tamen indignitate permoueor. Hoc autẽ loco Empusam illã, hoc Lamiam nisi inuasero ac cõprehẽdero, nõ vlterius fidem mihi velim adiũgi. Quid est enim nõ ita affectũ, vt de quo mihi exploratũ sit, alienũ ab instituto meo esse putem, coràm vobiscũ libere cõqueri? Nimirũ veteratores quosdã tã pculosa in arte, noua cõminiscẽtes paradoxa videas, quibus ab recto sentiẽdi tramite teneriores abducãt animos tyronum, & opinionibus imbuãt, hæreses siue sectas miseris struẽtes: quo hominũ genere erit ne quicq̃ pestilẽtius? Vt enim vnguẽtis sues nõ capiũtur, sic illi præclaræ ac honestæ veritatis studia nõ ferũt: sed veluti caligãtes ac lippi lucẽ phorrẽt, nec demõstratiões aliquo habẽt numero, nec sciẽtificis, tenẽtur lẽmatis. Qui cũ eruditionis ambitione florere cupiũt, & authoritate, & gratia

apud doctos valere, cuniculos omnes captu rarũ persequũtur, & susq́deq; omnia versant: Modo dialecticas exercitatoriásq; probationes, modo verò suasorias: nõ etiã ex oratorum palestris, sed è mineruæ suæ latebris erutas: modo argutias in cryptoporticu fortè Chrysippi abstrusas, proferunt: sic dogmata cõsarcinãt falsa, sic nouas inducũt opiniones, & cũ rationũ momẽtis agere sese posse desperãt, lõgè latéq; quæsitis authorũ testimonijs, ac distortis ĩ sua vota suffragijs, nos oppugnãt. hĩc rixæ exòriũtur, hĩc apologiæ, hinc cõuicia, cauilla, probra, inuectiuæ, dicteria, sales, simultates, cõiecta crimina, & quid nõ? Et quas nõ, rogo vos, tragœdias ex missione sanguinis in pleuritide cõcitatas vidimus? & nouissime adhuc noua atq; inaudita prodijt factio. quid dicã academias, quid syruporũ rationes? in quibus illud etiã excutitur, nũq̃ tenues humores ad purgationẽ per inferna incrassãdos, & sexcẽta huiusmodi: planè ijs q in demõstrationibus exercitati sũt, ridicula. sed hoc

ſcripturiẽtiũ genus, ꝙ acri ac laceſſenti pruriat ſcabie, nõ facile quiſpiã dixerit. ſcabi cõtinẽter amãt, hac re voluptatẽ capeſſũt incredibilẽ, nõ viuos ſcalpẽtiũ formidãt vngues, nõ velli aut lacerari ad manãtẽ etiã vſq; cruorẽ indignãtur. Quæ ergo ſcabies mala ferá q; lepra nõ eſt dicẽda? Hæ proinde tot tãtæq; præſtigiæ nõne Empuſam loquuntur? Sed quid vos ambagibus noſtris ſuſpẽſos diutius teneo? Nõne Sophiſticẽ illã meretriculã ſuis appingimus coloribus? nõne lamiarũ ſummã vobis exprimimus? quæ diuitias oſtẽtet inanes, quæ formã amatoribus excellẽtẽ proponat: ſed nõ alio propoſito, ꝙ vt pdat, neq; alio animo ꝙ vt belle ſaginatos deuoret. Quãobrẽ agitedũ quæſo optimi adoleſcẽtes procul à vobis hãc deformẽ anũ apagete, hãc ĩ barathrũ, hãc in latomias reijcite ac pſcribite. Et meo ſolius ſaltẽ exẽplo, qui facile nõ tuli hagioxylõ illud famoſum harpyiarũ fœditate cõtaminari, vos ab ĩpudicæ meretricis ſeruitute aſſerite.

FINIS.

